nifestata est christi natiuitas p angelos. Pz
ista cōclusio sic Deutro. xxxij. Dei perfecta
sunt opera: s talis manifestatio fuit opus di
uinū: Ergo per cōuenientia signa fuit effe
cta. Scdo sic: Sicut manifestatio silogistica
fit: per ea qua sunt magis nota ei: cui est ali
qd manifestandū: ita manifestatio que fit p
signa: deberet fieri per ea: que sunt familia
ria illis: qbus manifestatur. Et q iudei con
sueti sunt diuina responsa per angelos acci
pere: per quos etiā legē acceperūt: bm illud
Actu. v. Accepistis legē in dispositiōe ange
loz. Gentiles vero ⁊ maxime astrologi cō
sueti sunt stellaz cursus aspicere: ideo pasto
ribus tanq iudeis: apud quos frequenter
facte sunt apparitiones angeloz: reuelata ē
christi natiuitas per angelos. Magis autē
assuetis in cōsideratione celestiū corporum
manifestata est per signum stelle. Est ⁊ alia
rō Gregorij i omelia. Judeis tanq ratiōe
vtentibus rōnale animal. i. angelus pdica
re debuit: gētiles vero qui vti rōne nescie
bant: ad cognoscendum deum: non per vo
cem: sed per signa perducuntur. ¶ Ad ra
tiones in oppositum. Ad primam respon
detur iuxta sanctum Tho. q ratio non pro
cedit. Et ratio est: quia sicut apostolus dicit
ad Ro. ix. Israel sectando legem iusticie: in
legem iusticie nō peruenit: sed gentiles qui
non querebant iusticiam: iudeos cōuenien
ter in iusticia fidei cōuenerunt. Et in hmōi si

gurã Symeoñ qui expectabat cõsolationẽ israel: vltimo xp̃m natũ cognouit: ꝛ p̃cesserunt eũ magi: ꝛ pastores: qui xp̃i natiuitatẽ nõ ita sollicite expectabãt. ¶ Ad secũdã r̃ñdetur negando ꝯñam. Et r õ ẽ: quia sicut dicit Criso. Angelus manifestans xp̃i natiuitatem: nõ iuit Hierosolimã: nõ requiuit scribas: ꝛ phariseos: erãt eniꝫ corrupti ꝛ p̃e inuidia eruciarẽtur: ſꝫ pastores erant sinceri: anteq̃ꝫ cõuersationẽ patriarchaꝝ: ꝛ Moysi coletes. Per hos eni pastores etiã significant doctores ecclesie: q̃bus xp̃i misteria reuelanẽ. Et ex isto pꝫ r̃ñsio. ¶ Ad terciã. Prelati eniꝫ ꝛ doctores ecclesie per pastores designati: regibus perferuntur.

D secũdaꝫ. q. qua querit: vtruꝫ conferẽtia illa: qua beata Maria dicitur cõferẽs in corde suo fuerit cõferẽtia alicuius dubitationis: aut q̃stionis in mẽte: sup illis: q̃ audiebat. R̃ñdet q̃ nõ: ſꝫ erat delectabilis et admirabilis cõtemplatio: ꝛ prudẽtissima attẽtio: quõ p̃phetie implebãtur in puero nato. Cõferebat eni vt ait Beda q̃ acta videbant conformia his que agenda legerat. Videbat nã q̃ꝫ se de stirpe dauid ortam in Nazareth de spiritu sancto ꝯcepisse. Legerat p̃phetiã ysa. c. xi. Exiet virga de radice yesse: ꝛ Nazarenus de radice eius ascendet: ꝛ requiescet sup eaꝫ spũs dñi. Legerat etiã. s. Michee. v. Et tu Bethleẽ eufrata nequaq̃ꝫ parua es in milibus Juda. Ex te enim egredieẽ q̃ sit dñator in israel: ꝛ egressus eius ab initio a diebus eternitatis. Videbat se in Bethleẽ peperisse filiũ: ꝛ vocasse nomẽ eius iesum. Legerat in p̃pheciis ysa. vij. Ecce virgo concipiet: ꝛ pariet filiũ: ꝛ vocabit nomẽ eius Emanuel. Legerat. s. Esa. Bos cognouit possessorẽ suuꝫ: ꝛ asinꝰ p̃sepe dñi sui. Videbat dñm in p̃sepe quo bos ꝛ asinus solet nutriẽdꝰ aduenire. Meminerat sibi dictũ ab angelo Lu. i. Spiritꝰ sanctus supueniet in te: ꝛ ꝟtus altissimi obumbrabit tibi: ideoq̃ꝫ q̃d nasceẽ ex te sanctum: vocabiẽ filius dei. Legerat modũ natiuitatis eius: nõ nisi reuelãte angelo potuisse cognosci diceñ. ysa. liij. Generationẽ eius q̃s enarrabit? Legerat. s. michee. iiij. Et tu turris nebulosa filie syõ ad te veniẽt: ꝛ veniet potestas p̃ma regnũ filie hierusalẽ. Audiebat angelicas virtutes: q̃ sunt filie supne ciuitatis apparuisse pastoribus in loco: qui a conuẽtu pecoꝝ antiquus turris gregis vocabatur. Et est vno miliari ad orientẽ Bethleẽ vbi etiã nũc tria pastoꝝ illoꝝ monumẽta in ecclesia monstrantur. Nouerat tũc in carne uenisse dñm cui vna eterna est cũ patre maiestas: q̃ regnũ daret ecclesie filie. s. celesti Hierusalẽ. Cõferebat ergo Maria hec: que fienda legerat cũ his que iã facta cognouit: nõ tñ hoc ore ꝓmens: ſꝫ clausuꝫ seruãs in corde. Hec aũt collatio nõ solũ fuit beatissime virgini valde delectabilis sed etiã toti ecclesie summe vtilis: q̃ ſm q̃ dicit. Hiero. in ſmone de assumptione beate virginis. Nã post ascensionẽ filij: remansit ad tẽpus i terris cũ apostolis: vt eos plenius instrueret de verbo incarnato: de quo erat plenius edocta p̃ spiritũ sanctũ: ꝛ familiarius viderat: ꝛ tractauerat: de quibꝰ apostolos plenius instruebat de ꝟbo incarnato: ꝓpter quod melius exprimere poterat ſm quod dicit Hiero. Quod melius nouimus: melius ꝓferrimus. Et tantuꝫ pro nũc de ista conclusione.

¶ Euangeliũ in tertia missa est. In principio erat ꝟbuꝫ Jo. i. Circa quod põt disputari sequẽs. q. Vtrꝫ vera sit ista propositio: Verbum caro factum est ꝛc̃.

Circa quã. q. sic ꝓceditur: videtur q̃ ñ. ¶ Primo sic: De quocunq̃ꝫ p̃dicatur: id q̃d: ipsuꝫ dr̃ esse factũ: sed verbũ nõ est caro. Ergo nõ est factũ caro. Cõñs pꝫ: si dicas q̃ ibi pars ponitur p̃ toto. i. pro hoie: vt sit sensus. Verbũ homo factũ est: tũc q̃ro q̃re euangelista solam nominauit carnem. ¶ Secundo dato q̃ ibi caro ponatur pro homine: vt caro factuꝫ est. i. homo. arguitur q̃ hoc sit falsuꝫ:

quia hō significat substātiā. Fieri hominē est fieri simpliciter: sed hoc est falsum: deus factus est simpliciter. Ergo hoc est falsum deus fact⁹ est hō. ¶ Tertio sic: Fieri hominē est mutari: sȝ deus nullomō pōt dici mutatus. Dicit eni Malachie. iij. Ego dn̄s ꝛ nō mutor. Ergo videt ꝙ hec propositio sit falsa deus factus ē hō. ¶ Quarto hoc nomine hō: nō pn̄t intelligi nisi duo. s. natura humana: ꝛ suppositū nature: sed ista ꝓpositio nō pōt verificari rōne humane nature: q: deus nunq̄ȝ est vel fuit humana natura Similiter nec ex parte suppositi: q: hoc nomē homo: qđ de xp̄o ꝑdicat: nō iportat nisi suppositū eternū filij. sed semꝑ fuit verū dicere: ꝙ deus est ꝑsona filij. Ergo nullo mō pōt illa ꝓpositio verificari: q: falsum est ꝙ deus sit fact⁹ persona filij. Ergo ꝛc̄. ¶ In opposituū est euāgeliū pn̄s: vbi dr̄ Uerbuȝ caro factū ē. Rn̄deo dicendū pro cōclusione ꝙ ꝓpositio illa est vera Uerbū caro. i. hō fact⁹: sicut dr̄ in symbolo fidei: ꝛ hō factus ē. Que cōclusio ꝓbat sic. Omne qđ est ꝛ nō fuit prius: dicit esse factū: sed hec ē vera: deus ē hō: ꝛ nō fuit semper vera: q̄a nō cōuenit deo esse hominē ab eterno: sȝ ex tpe per assumptionē humane nature. Ergo hec ē: vera ds̄ factus est hō. Pro quo notandū ꝙ cū dr̄ verbuȝ: siue deus factus est hō: hoc participiū: factus: tripliciter se pōt habere in locutiōe ista. Uno mō ꝙ feratur ad totā ꝓpositionē: vt sit sensus: factum est ꝙ deus sit hō: Et sic vera est illa ꝓpositio. ¶ Scđo ꝙ dictū participiū: factus: pōt determinare absolute subiectū vel ꝑdicatuȝ: ꝛ quodcūq̄ȝ eoꝝ determinat: Propositio est falsa: q: nec deus est factus: nec hō ille: demonstrato xp̄o est factus: nisi addatur aliqd: q: supponit suppositū eternum. ¶ Tertio dictum participiū pōt determinare subiectū in cōparatione ad predicatū. Et sic locutio vera est. Nec obstat ꝙ videt ponere fieri circa deū: q: hoc fieri: qđ participium iportat nō est: nisi fieri rōnis: vt dicemus infra in rn̄sione ad argumenta. ¶ Ad rōnes in opposituū. Ad ꝑmā rn̄detur: ꝙ ibi caro ponitur ꝓ hoie: sicut pars ꝓ toto: sicut ysa. xl. Uidebit oīs caro salutare dei: Quēadmodū aliqñ aīa ponitur ꝓ toto homine Gen. xlvi. Oēs anime que egresse sunt i egyptū ꝛc̄. Et ad questionē qua mouetur: q̄re euāgelista solā carnē nominauit. Ad hoc rn̄detur ꝙ multiplici rōne. Primo q: per carnē visibilis apparuit. Un̄ subdit. Uidim⁹ gloriā eius ꝛc̄. Scđo vt ondēderet per locum minorē: nihil in hoīs natura esse: qđ verbū dei nō assumpserit. Tertio ad ondēdendā veritatē incarnatiōis ꝯtra Manicheos: qui dicebant verbū non assumpsisse verā carnē: sed fantasticā tm̄: ꝛ ideo ad hoc excludēdum fecit mentionem specialiter de carne. Quarto ad demonstrandū magnitudineȝ benignitatis. Cōstat eni ꝙ anima rōnalis magis cōformis est deo: q̄ȝ caro. Equidem magnū pietatis sacramentū fuisset si xbuȝ assumpsisset animā humanam: vtpote sibi magis ꝯformē: sed assumere etiā carnē elōgatā a singularitate diuine nature: fuit multo amplioris immo inestimabilis indicium ꝑm ꝙ dicit apostolus. i. Thi. iij. Et manifeste magnū est pietatis sacramētum qđ manifestū est in carne. ¶ Ad secūdā rōneȝ rn̄detur negādo ꝯn̄am. Et rō est: q: lȝ fieri hominē sit fieri simpliciter in oibus his: in q̄bus humana natura incipit esse in supposito nouo creato: deus dr̄ factus hō: eo ꝙ humana natura incipit esse in supposito diuine nature: ab eterno ꝑexistēte. ꝛ ideo deuȝ fieri hominē n̄ ē deū fieri simplicit. ¶ Ad tertiā rn̄detur negādo vniuersaliter assumptū. Dicimus eniȝ ꝙ qñ aliqđ predicat de nouo: de altero: cū mutatiōe ei⁹ de quo dr̄ tūc fieri: est mutare: sicut ꝯuenit in his q̄ absolute dicūtur. Ea vero q̄ relatiue dicūtur pn̄t de nouo ꝑdicari de aliquo absq̄ȝ eius mutatione: sicut hō de nouo fit dexter: absq̄ȝ eius mutatione: per motū illius: q̄ fit ei sinister. Un̄ in talibus nō oȝ oē. qđ dr̄ fieri: eē mutatū: q: hoc pōt accidere ꝑ mutationē alterius. Et per hūc modū dicimus dn̄s fe

fugiū factus ē nobis. Esse autē hominē: ꝑdicatur de nouo de deo absq3 eius mutatione: per mutationē humane nature: q̄ assumitur ad diuinā personā. Et ideo cū dicit̄ deus factus est hō: nō intelligitur aliq̄ mutatio realis ex pte dei: sꝫ solum ex parte humane nature. ¶ Ad q̄rtā r̄ndetur ꝙ ratio nō ꝓcedit: Dicimus enim ꝙ ꝓpositio illa verificatur rōne vtriusq3 simul. s. suppositi et nature: Quāuis enī illud suppositū semper fuerit: nō tñ semper fuit suppositū humane nature: sꝫ ꝙ significat hoc nomē hō.

¶ Circa dñicam infra octauas natiuitatis dñi est euangelium In illo tēpore erat Joseph et Maria mater Jesu mirantes etc. Lu. ij. pñt disputari sequētes questiones.

¶ Prima vtrū sit verū ꝙ xp̄s sit positus in ruinā multorum.

¶ Secundo vtrum beata Maria gladio compassionis mortis xp̄i fuerit sic perfora ta vt vere martir xp̄i appellari possit.



D p̄mā. q. q̄ queritur: vtr̄ sit verū ꝙ xp̄s sit positus ī ruinā multoꝝ sic ꝓceditur. Et videtur ꝙ nō. ¶ Primo sic. xp̄s nunq̄ꝫ p̄buit occasionē ruine alicui ex aliquo dicto vel facto suo: ergo non fuit positus in ruinā alicuius. Cn̄a ē bona et assum ptū pꝫ: q: p̄bere occasionē ruine aliquorum est ptra caritatē. Et ita peccatū. xp̄s autem peccatū non fecit nec inuētus est dolus in ore eius. ¶ Scd̄o sic: xp̄s positus est a deo patre in lucē gētiū: vt sit salutis vsq3 ad extremū terre ysa. xlix. Ergo non est posit⁹ in ruinaꝫ alicuius. ¶ Te. tio sic: xp̄s venit: vt hoies vitā habeāt vt ipse dicit Jo. iiij. Ergo non ē positus in ruinā mortis alicuius. Ergo non videt̄ verꝫ ꝙ positus sit in ruinā. ¶ Quarto qui occasionē dāni dat: dānū dedisse videtur: sꝫ si xp̄s est positus in ruinā multoꝝ: ipse videtur esse cā peccati hominū. ¶ In oppositū est euangeliū hoc et ysa. viij: et. pe. Petri. ij. dicitur de xp̄o: ꝙ erit in lapidē offensionis: et in petrā scandali. Respondeo dicendum: ꝙ euangelista dicit verum: ꝙ christus positus est in ruinaꝫ multorum: sed diuersimode s̄m duas expositiones. Exponitur enim dupliciter ille textus. Uno modo s̄m glo. quandam. i. in ruinam multorum. s. vitiorum et in resurrectionem virtutum. Planc hoc veruꝫ est. Ipse enim est cui in psona. Hier. dictū est. Hier. i. a deo patre. Ecce constitui te super gētes et regna: vt euellas. s. vitia: et plātes v̄tutes Ubi: inquit glo. Non enim poterant edificari bona: nisi destructa existerēt mala: nec plantari optima: nisi eradicarentur pessima. Unde Mat. xv. Omnis plātatio quā non plantauit pater meus celestis: eradicabitur. Alio modo exponitur respectu hominū malorum. Et tunc dicitur ꝙ etiam dictum euāgelij est verum ad istuꝫ intellectū. s. ꝙ positus est in ruinā multorum: nō ꝙ dicto aut facto suo minus recte prebuerit occasionem ruine alicui: sed quia ex doctrina et operibus sanctis suis multi mali ex malicia sua occasionem receperūt ruine. Unde sanctus Tho. in quarto Di. xxviij. Inquit quodq3 aliq ex factis vel dictis christi: sumpserunt occasionem ruine: dicitur esse positus in ruinam et in scandalum: non ꝙ ipse dederit aliquā vel modicam occasioneꝫ ruine. Unde non legitur ꝙ aliquos scandalizauit: sed ꝙ aliqui ex dictis vel factis eius scandalizati sunt. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negādo cōsequētiam: Et ad probationem dicimus ꝙ bene concedimus ꝙ christus non est positus in ruinam: ꝙ ipse dederit occasionem ruine alicui. Unde neminem scandalizasse legitur vt dictū ē: sꝫ bn̄ mō exposito. ¶ Ad scd̄am r̄ndetur ꝙ rō ꝓcedit ꝙ n̄ sit posit⁹ in ruinā scđ p̄bēs occasionē ruine. ¶ Ad tertiā r̄ndet̄ eodē mō. ¶ Ad q̄rtā r̄ndet̄: negādo minorē. xp̄s enī nulli dedit occasionē ruine: nec cā fuit peccati. Pro quo notādū ꝙ duplex est occasio. s. data et accepta. Dicit̄ aūt occasio data qn̄ fit aliqđ op⁹ minus rectū: ex quo per exēplū alij ꝓuocātur

ad peccandũ. Si aũt aliqs facit opus rectũ
ꝛ alij inde ꝓuocent̃ ad peccandũ: nõ erit oc
casio data: sed accepta. Et talis fuit occasio.
Phariseoꝝ: qui scandalizabant̃ de doctri
na xp̄i. Et sic intelligenda sunt illa q̃ inducũ
tur de Isa. viij. ꝛ. i. Petri. ij. Unde sanctus
Tho. dicit in quarto: ꝙ xp̄s nõ dicit̃ petra
scãdali: q̄d per se fuerit scandali causa. q: ip
se nõ dedit alicui occasionẽ scandali: ſ; dicit̃
in petram scandali: ita ꝙ prepositio: in: non
ordinẽ cause: sed consecutionez importat: q:
ex his que xp̄s fecit consecutum est scanda
lum iudeorum. Hec ille.



D secundã. q. q̃ querit̃ vtrũ
beata Maria ita gladio cõ
passionis mortis xp̄i fuerit ꝑ
fossa: vt vere martyr possit
appellari. sic ꝓceditur. Et vi
detur ꝙ sic. ¶ Primo sic. Dicit Hiero. in
sermone de assumptione beate virginis.
Marie. Recte dixeriz dei genitrix virgo
ꝛ martir fuit: q̄uis in pace vitam finiuerit.
¶ Secundo sic: Dicit Grego. Jure enim
plusq̄ȝ martir est: que nimio amore vulnera
ta: testis extitit saluatoris: ꝛ ꝑ merore in ani
mo cruciatum sustinuit passionis. ¶ Ter-
tio sic. Dicit Bernardus Longe eã plusq̄ȝ
martirẽ censemus: in qua passionis sensum
cõpassionis superauit affectus. ¶ Quarto
Idem Bernardus super illud in plenitudi
ne sanctorũ detentio mea. Merito in pleni
tudine sanctoꝝ detẽtio eius erat: cui nec pu
ritas angelorũ: nec fides defuit patriarcha
rũ: nec spiritus prophetarũ: nec apostolorũ
zelus: nec constantia martirũ: nec sobrietas
confessorũ: nec castitas virginũ: nec coniu-
gatorum fecunditas. Ergo videt̃ ꝙ beata
virgo habuit omnes ꝓprietates gratuitas
alioꝝ sanctorum. Ergo martir dicenda est.
¶ In oppositum aũt arguit̃ sic. Mors est
de ratione martirij. Unde Maximus in
quodã sermone dicit de martire: ꝙ vincit
pro xp̄o moriendo: qui vinceretur sine fide
viuendo. Sed beata virgo non sustinuit ꝓ
Christo mortem. Ergo nõ est dicenda mar
tir. Minor pȝ. Dicit enim Ambrosius tra
ctans hoc euangeliũ. Nec historia: nec litte
ra docent: beatam Mariam gladio vitam
finiuisse. Rñdeo dicendum iuxta sanctum.
Tho. in secunda secunde. q. xxij. ꝙ de mar-
tirio loqui possumus dupliciter. Uno mo-
do ſm perfectam eius rõnem. Et sic de rõ-
ne martirij est: mortem sustinere actu ꝓ no
mine xp̄i: Istud pȝ sic. Martir dicitur qua
si testis fidei xp̄iane: per quam nobis visibi
lia: ꝓpter inuisibilia cõtẽnẽda ꝓponuntur
vt dicit̃ ad Hebre. xi. Ad martiriuȝ ergo
pertinet: vt homo testificetur fideȝ: se opere
ostẽdens cuncta p̄ntia cõtemnere: vt ad fu-
tura inuisibilia bona perueniat. Quãdiu au
tem hominum in hac vita remanet vita cor
poralis nõdũ opere se ostendit tẽporalia cũ
cta despicere. Consueuerũt enim homines
ꝛ cõsanguineos: ꝛ omnia bona possessa cõ
tẽnere: ꝛ etiam dolores corporis pati: vt vi
tã cõseruẽt. Unde ꝛ sathan cõtra Job indu-
xit pellem pro pelle: ꝛ cũcta que habet: da-
bit homo pro anima sua. i. pro vita corpora
li. Et ideo ad perfectam rationem martirij
requiritur ꝙ aliqs mortẽ sustineat. Et hoc
modo beata virgo nõ fuit vere martir: cũ
vitam gladio nõ finierit. Secundo mõ pos
sumus loqui de martirio ſm quandã simili
tudinem. Unde ysidorus in libro ethy. di-
cit Duo sunt genera martirij. Unũ in aper
ta passione Alterum in occulta animi vir-
tute. Et hoc modo beata virgo propter im
mẽsum amorem eius ad Christum: in pas-
siõe xp̄i martir dicitur fuisse. Unde Augu
stinus in sermone quodam: de ea ita dicit.
Maria quia mente passa est: plusq̄ȝ mar-
tir fuit: nimirũ: quia eius dilectio amplius for
tior q̄ȝ mors: quoniam mortem xp̄i: suã fecit
Hec ille. ¶ Ad rõnes in oppositum respõ
detur ꝙ vt dicit sanctus Thomas tã in se-
cunda secũde q̄ȝ in quarto. Omnes aucto-
ritates ille sanctorũ intelligẽde sunt de mar
tirio ſm quãdam similitudinem. ¶ Ad rõ
nem vltimam rñdetur eodem modo: ꝙ ꝓ-
cedit de martirio dicto ſm multitudinẽ.

¶ In festo Circumcisionis est euangelium In illo tempore postq̃ꝫ cōsummati sunt ⁊c. Lu.ij. Circa quod possunt he questiones disputari.

¶ Primo vtrum xps debuit circumcidi.

¶ Secundo vtrum circumcisio nunc tempore gratie cessare debuit.

¶ Tertio vtrum conuenienter nomen christo fuit impositum iesus.



D primam.q.in qua querit vtrum xps debuit circumcidi:sic proceditur. Et videtur ꝙ non. ¶ Primo sic:Circūcisio fuit ordinata i remediū originalis peccati:Sed xps non contraxit originale peccatum. Ergo xps non debuit circūcidi. ¶ Secundo sic. Christus nō fuit decimatus in lumbis Abrahe:quia figurabat medicinam originalis. Ergo nec debuit circumcidi eadē ratione. ¶ Tertio sic. Sabbati obseruatio vicinior erat preceptis moralibus inter que etiam cōputatur:q̃ꝫ circūcisio. Sed xps sabbata literaliter non obseruabat. Vñ dicebant iudei de ipso Joā.ix. Non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. Ergo non debuit seruare circumcisionem. ¶ In oppositum est euangelium presens. Rñdeo dicendum sub ista cōclusione:ꝙ xps debuit circūcidi:nō ꝓpter indigentiam aliquam:sed propter decentiā. Cuius potest multiplex ratio assignari. Primo quidem vt ostendat veritatem carnis humane:contra Manicheum:qui dixit eū habere corpus fantasticum:⁊ contra Apollinarem:qui dixit corpus christi diuinitati eē consubstantiale:⁊ contra Valentinum:qui dixit:xpm corpus de celo attulisse. Secūdo vt approbaret circumcisionem:quam olim deus instituerat. Tertio vt ostēderet se esse de genere Abrahe:qui circūcisionis mandatum acceperat in signum fidei:quā de ipso habuerat Geñ.xv. Et cui facta est repromissio de christo. Quarto vt iudeis excusationem tolleret:ne eum reciperent si esset incircumcisus. Quinto vt obedientie virtutē nobis suo exemplo commendaret. Unde octaua die circumcisus est:sicut erat in lege preceptum. Sexto:vt qui in similitudinem carnis peccati venerat:remedium:quo caro peccati consueuerat emundari non respueret. Septimo vt legis onus in se sustētans:alios a legis onere liberaret:sm illud Gala.iiij. Misit deus filium suum factum sub lege:vt eos qui sub lege erant:redimeret. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur negando cōsequentiā quoniā xps sicut propria voluntate mortem nostram suscepit:que est effectus peccati:nullum in se habens peccatū. vt nos a morte liberaret:ita ⁊ circūcisionē:que erat remedium originalis peccati suscepit:absq; hoc ꝙ haberet originale peccatum:vt nos a legis iugo liberaret:sicut dictum ē. ¶ Ad secundam respondetur negando cōsequentiam. Et ratio est:quia decimatio erat actus tantum figuralis:quātum ad illos:q in lumbis Abrahe decimabantur. Et ideo christo non cōpetebat:qui immunis fuit ab originali peccato:Sed circūcisio etiam hꝫ alias causas preter significationem in illis:qui circumciduntur. Et ideo non est similis ratio de vtroq;. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam:Et ratio est:quia christus in pueritia sua in nullo ab alijs pueris segregatus fuit:quantum ad exteriorem conuersationem. Et ideo omnia que ad pueros pertinebant:in veteri lege implere voluit: Sed quando iam ad perfectam etatem peruenit ostendere se debuit dominum esse legis:⁊ legem vsq; ad ipsum positam fuisse. Et ideo in quibusdam supra legem operatus est sicut de obseruatione sabbati ⁊ in tactu leprosi ⁊c.



D secundam.q. qua querit vtrum circumcisio nunc tempore gratie cessare debuit sic proceditur. Et videtur ꝙ nō. ¶ Primo sic. Omnis christi actio nostra est instructiō Unde dicitur Jo.xiij. Exemplū enim dedi vobis:vt quē

admodum ego feci vobis: et ita faciatis. Sz
xps fuit circumcisus: vt in precedenti.q. Er
go exemplo suo debemus circũcidi. Et per
consequens circũcisio cessare non debuit.
¶ Secũdo sic: Dicitur Geñ.xvij. q circũ
cisio dabat in fedus eternum. Sed eternũz
est q nullo fine clauditur. Ergo circũcisio
cessare dbuit. ¶ Terno sic: Figuralia que
signant id: quod semper faciendum est: non
debent cessare: sicut de thurificatione: que
signat deuotionem. patet. Sed circumcisio
cordis cuius laus ex deo est: ad Romanos
ij. semper facienda est: et hanc signat exte-
rior circumcisio. Ergo cessare non debuit.
¶ In oppositum est illud Gala.v. Si cir-
cumcidimini: xps vobis nihil proderit. Se-
cundo sic Ad Hebreos.vij. dicit Apostolus
q translato sacerdotio: necesse est vt legis
translatio fiat: Sed oportuit sacerdotiũ trãs
ferri. Ergo et legẽ. Et si hoc tunc et sacramẽ
ta legalia. Sed inter hec precipuũ est circũ
cũcisio. Ergo etc. Rñdeo dicẽdum sub ista
conclusione q circũcisio cessauit et debuit
cessare. Que cõclusio ostenditur sic: Cum
venit quod perfectum est: euacuari debet
quod ex parte est: si ad idem ordinent: q2
gratia non facit per duo: quod per vnum
põt facere: sicut nec natura. Circumcisio au
tem imperfecta erat respectu baptismi. Et
hoc tripliciter. Primo quantum ad signifi
cationẽ q2 nõ significabat ita expresse emũ
dationem totius hominis ab immundicia
culpe originalis: sicut ablutio baptismalis.
Secundo quantuz ad efficaciaz: q2 non ita
habundans gratia ad operandum et repri
mendum fomitẽ in circũcisione dabat: si-
cut in baptismo. Tertio quantũ ad vtilita-
tẽ: q2 nõ erat eius vtilitas ita cõmunis: sicut
baptismi: cũ haberet determinatũ populũ:
determinatum sexum: determinatuz tẽpus:
quod in baptismo nõ accidit. Et ideo: adue
niẽte tempore plenitudinis: debuit cessare
baptismo substituto. ¶ Ad rõnes in oppo
situm. ¶ Ad primã rñdetur negando ꝯñaz
Et rõ est: quia licet xps in omnibus operi-
bus suis nos erudiuit: nõ tñ omnia fecit ad
imitationem: sicut opera miraculosa: et alia
plura: Qd aũt xps circumcidi voluit: rõnes
supra in questione precedenti fuerunt assi-
gnate. Vñ xpo nõ voluit circumcidi vt aliq̃
imitarent eum: quo ad hoc: sz magis vt ex
hoc erudirent de alijs que tacta sunt in rõ
nibus superius assignatis. ¶ Ad secũdam
rñdetur negando ꝯñam. Et rõ est: quia cuz
dicitur: q circũcisio sit data in fedus eter-
nũ: nõ oportet ita intelligi: eternũ: q careat
fine: Vñ in eadem littera dñs dicit: q da-
bit eis terrã in possessionẽ eternã. Et ꝯstat
tamẽ q terram ꝓmissionis iudei nõ possi-
dent. Vñ eternũ distinguit. Et dicitur tri-
pliciter: aut quantũ ad durationẽ: aut quan
tum ad finis indeterminationem: aut quan
tum ad significationem. Primo mõ dicit
dupliciter. Aut q2 caret ꝑncipio et fine: et sic
Eccle.xv. Dicit. Qui viuit in eternũ crea
uit omnia simul. Aut quãtuz ad priuationẽ
termini tantum: sicut illud psal. Statuit eaz
in eternum et in seculum seculi. Eternuz se-
cũdo mõ quãtũ ad indeterminationẽ dicit:
sicut sacerdotiuz Aaron dicit eternũ: quia
deus nõ determinauit: qñ cessaret. Eternũ
quãtũ ad significationẽ. Et sic circumcisio
dicitur in fedus eternum: quia tempus du
rationis nõ est determinatũ nobis. Vel di-
cendum est: q est eternum quantũ ad signi
ficatũ suum: et quantum ad id quod ei suc-
cedit. ¶ Ad tertiã rñdetur negando ꝯñam
Et rõ ẽ: quia ꝑncipalis significatio ad quã
instituta est: est ablutio originalis peccati: q2
circũcisio sacramẽtalis refertur ad effectũ
Hoc autem non semper faciendũz erat per
circũcisionem. Et ideo non oportebat q cir
cumcisio semper maneret. Alia autem signi
ficatio est ex consequenti. Et ßm illam non
oportet accipi iudicium de duratione circũ
sionis. Thurificationis autem significatio
nunq̃ fuit ad significandũ aliqd: vt effectũ
eius. Et ideo nõ est similis rõ.
a D tertiam.q.qua querit vtrũ
ꝯuenienter xpo fuit nomẽ im-

positum Jesus sic proceditur. Et videtur q non. ¶ Primo sic: Veritas prophetica debet pronunciationi pphetice rñderi e. Sz pphete aliud nomē de xpo pronūciarunt. Dicitur enim ysa. vij. Ecce virgo cōcipiet & pariet filiuz: & nomē eius vocabit Emanuel. Et ysa. viij: Voca nomen eius: accelera spolia: detrahe: &c. Et ysa. ix. Vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius: deus fortis: &c. Et zach. vi. Ecce vir. Oriens nomen eius. Ergo incōuenienter vocatum est nomen eius iesus. ¶ Secundo ysa. lxij. dicitur Vocabitur tibi nomen nouum q os domini nominauit. Sed hoc nomen Jesus non est nomē nouū: sed pluribus fuit in veteri testamento impositum: vt patet de iesu filio Josedech. & de iesu Naue: vt pz etiam ex ipsa geneologia xpi Lu. iij. Ergo videt q incōuenienter sit vocatuz nomen eius iesus. ¶ Tertio sic. Hoc nomen iesus salutez significat. Sed salus per xpm non est facta solū in circūcisione sed etiaz in principio vt pz per apostolū Ro. iiij. Ergo incōuenienter hoc nomē est positum in circumcisione.

¶ In oppositum est euangelium pñs: vbi dicitur postq̄z cōsummati sunt dies octo: vt circūcideretur puer: vocatū est nomen eius iesus. Rñdeo dicendū sub ista conclusione q cōuenientissime vocatum est nomē eius iesus. Ista conclusio probatur: & eius cōueniētia ostēditur sic Nomina enim si conuenienter imponantur: debent proprietatibus respondere. Hoc pz in omnibus generum & specierum: de quibus dicitur. iiij. Metha. Ratio enim quam signat nomen: ē diffinitio: que designat ppriā rei naturā. Nomina autez singulariū hominū semper imponūtur ab aliqua proprietate eius: cui nomeñ imponitur: vel a tēpore: sicut imponūtur nomina aliquoꝝ sanctoꝝ his: qui in eoruz festis nascuntur. vel a cognatione: sicut cum filio imponitur nomen patris: vel alicuius de cognatione: vel etiaz ab euētu: sicut Joseph vocauit primogenitū suū Manassen. d. Obliuisci me fecit deus omnium laboꝝ meoꝝ Geñ. xli. vel etiaz ex aliqua qualitate eius: cui nomen imponitur: sicut Geñ. xxv. q qui primo egressus est de ventro matris: rufus erat: & totus in morē pellis hispidis: vocatuz est nomen eius Esau: quod interpretatur Rubeus. Nomina autez que imponuntur diuinitus: a qbus semper significant aliquod gratuitum donum: eis diuinitus datuz: sicut Geñ. xvij. dicit Abrahe Appellaris Abraā: quia patrem multarum gentiuz constitui te & Mat. xvi. dictum est Petro. Tu es Petrus: & super hanc petrā edificabo ecclesiaz meaz. Quia igit homini xpo hoc munus gratie collatū erat: vt per ipsuz oēs saluarent: ideo cōuenienter vocatū est nomē eius iesus. i. saluator. Unde hec ratio assignatur ab angelo Mat. i. cū ait ad ioseph. Vocabis nomen eius iesum. Ipse enim saluū faciet populuz suū a peccatis eoꝝ. Cōuenienter ergo vocatuz est nomen eius iesus: est quidez nomen multe excellētie: & sublimitatis: ita vt in nomine Jesu omne genu flectat: celestiū: terrestriū: & infernoꝝ. Est nomen multe v̄tuositatis: & efficacie. Nā est nomen qđ vt inquit Petrus Rauēnas dedit cecis visuz: surdis auditū: gressuz claudis. sermonē mutis. vitam mortuis. totāq diaboli potestatē de obsessis corporibus virtus huius nominis effugauit. Est preterea nomē magne clementie: & reuerentie: cum non sit aliud nomē datū hominibus: sub quo oporteat nos saluos fieri Act. iiij. Secūda conclusio conuenienter in die circūcisionis vocatum est nomē eius Jesus. Probat hec cōclusio: tum pmo: q: iste erat mos apud iudeos. Un sicut legitur Geñ. xvij. simul Abraā suscepit īpositionē nois a deo: & circūcisionis mādatū: Et iō apud iudeos ɔsuetuz erat vt ipso die circūcisiōis: noīa pueris iponerent: sicut etiā nūc pueris i baptismo noīa iponūtur. Tū scđo: q: hodie pmo legit effudisse sanguinē p nobis: q fuit arrha redēptiōis nr̄e vt dicit Bernard⁹. Tertia ɔclusio Cōuenient hoc nomē ē ipositū xpo: nō ab hoīe

sed ab angelo: Patet conclusio: quia vt dicit glo. interlinealis super illud Lu. ij. Vocatū est ab angelo: non decuit tā gloriosum nomen prius ab hominibus appellari: sed ab excellentiori natura: ne homo videretur machinator huius nominis. Et Origenes inquit Vocabulum iesu gloriosum: ōi adoratu: cultuq3 dignissimum: nomen quod est super omne nomen: nō decuit primo ab hominibus appellari: nec ab eis inferri in mūdū: sed ab excellētiori maiori q3 natura. Vnde singulariter euangelista addidit: ⁊ vocatum est nomen eius Jesus: quod vocatum fuerat ab angelo: antequā cōciperetur in vtero. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur: ꝙ ratio non procedit: quia in omnibus illis nominibus quodāmodo significatur hoc nomen Jesus: quod ē significatiuū salutis. Nā i hoc quod dicit. Emanuel quod interpretatur nobiscum deus: designatur causa salutis: que est vnio diuine ⁊ humane nature. in persona filij dei: per quā factum est: vt deus esset nobiscū. Per hoc ꝙ dicitur: voca nomen eius: accelera: spolia detrahe: ⁊c. designatur a quo nos saluamur: quia a diabolo cuius spolia abstulit: sm illud Colo. ij. Expolians principatus: ⁊ potestates: traduxit cōfidenter. In hoc etiā ꝙ dicitur vocabitur nomen eius admirabilis ⁊c. designatur via: ⁊ terminus nostre salutis: inquantum. s. admirabili diuinitatis consilio: ⁊ virtute ad hereditatem futuri seculi perducimur: in quo erat pax perfecta filiorum dei: sub ipso principe deo. Qd vero dicitur ecce vir: oriens nomen eius: ad id refertur ad quod primum. i. ad incarnationis misterium sm quod exortum ē in tenebris lumen rectis corde. ¶ Ad secūdam respondetur negando consequentiā. Et ratio est: quia licet aliquibus: qui fuerunt ante xpm: conuenire potuit hoc nomē Jesus sm aliquā aliam rationem: puta quia aliquā particularem salutem attulerūt: vt Jesus Naue saluauit populū Israel. hostes eius debellando: vt legitur in libro Josue: sed sm rationem spālis ⁊ vniuersalis salutis: hoc nomen proprium ē xpo: Et sm hoc dicit esse nouū: inquantū est impositū ei ab hac proprietate: qꝺ ē saluator. Est eteni saluator. ¶ Ad tertiā respondetur negando ꝯsequētiā. et ratio est: quia licet salus facta per xpm communis sit: ⁊ iudeis ⁊ gentibus: nihilominus principaliter dicitur esse missus ad oues que perierunt domus israel.

¶ In vigilia epiphanie est euangelium illud In illo tempore defuncto Herode ⁊c. Mat. ij. Circa quod pōt disputari. s. q.

VTrum xps cōueniēter vocatur nazarenus. Et videtur ꝙ non. ¶ Et primo arguitur ꝙ nō: ratione illius glo. interlinealis: que exponit. i. sanct⁹. ¶ Primo sic: Christo non cōuenit sanctificari: quia in quolibet ordine: primū mouens ē immobile. Sed xps est principium totius humane significationis. Ergo ipse sanctificatus non ē. ¶ Secūdo sic: Omne qꝺ fit fit ex contrario. Generationes enī sm philosophū: ex cōtrarijs sunt. Sed xps ab omni peccato quod sanctitati contrariatur immunis fuit. ergo xps sanctificatus non ē dicendus. ¶ Tertio arguitur: ꝙ non debeat dici Nazarenus: quia in Nazareth fuit cōceptus: ⁊ pari ratione dicendus esset Bethlemita: quia in Bethleem fuit natus: Sz hoc nō dicitur: Ergo nec aliud ē dicendū. ¶ Quarto sic. Non videtur verū ꝙ per prophetas dictum sit: ꝙ Nazarenus sit nominandus. Ergo non videtur dicendum. Assumptum patet quia non inuenitur i scriptura tale dictum. ¶ In oppositum ē euāgelium presens. Rñdeo dicendū sub ista cōclusione: ꝙ cōuenientissime xps appellatus ⁊ nominatus ē Nazarenus. Ista conclusio ōnditur ex multiplici ratione. Primo ratione sanctitatis: interpretatur enim Nazarenus idest sanctus: siue sanctificatus. Christus autem fuit sanctus sanctorum Danielis. ix. Dicitur etiam ab angelo beate Marie Lu. i. Qd enim ex te nascetur sanctum

vocabit filius dei: Et Jo.x. dicit Quē pat sanctificauit τ misit in mūdum. Secūdo cō uenienter dicitur Nazarenus rōne interp tationis: quia interpretatur floridus. ysa.xi. Egredietur virga de radice yesse: τ flos d radice eius ascendet. Virga vt dicit Hiero. ē dei genitrix: flos filius ei⁹: Et bñ flos: q ad modū floris natus: mira pulchritudine venustatus: grato odore diffusus: in fructu dulcissimus. Flos enim lumine solis nascit: qđ est lumen celeste: nō habēs generās aliquod: nisi diuinū: sic florum: qñ sol etern⁹ virtutē caloris τ luminis in vterū cōgessit virginis Hic flos picturatus est venustate virtutis. Vñ bene Nazarenus dicit qui interpretatur floridus. Hic flos grat⁹ ē odore. Canti. iiij. Emissiones tue paradisus: hoc est effragationes odorū tuorū: in fama virtutis: videntur esse odoramēta florum paradisi. Hic floris spes est dulcissimi fructus: in adeptione gaudij eterni. Canti. iij. Fructus dulcis est gutturi meo. Tert a ratio cōuenienter xp̄s noiatur Nazaren⁹: qa cōceptus ē in nazareth. τ vt dicit Albertus magnus q ɔceptus xp̄i multū congruebat nomini Nazareth: q: sicut diuine generationi: ita τ humane generatiōi flores de flore assimilantur. Flos enim pullulat de vno germine in decore: τ colore. Similiter fili⁹ s̄m diuinā generationē procedit ab vno: q est in celis sine matre: τ s̄m generationē humanā: de vna in terra sine patre. Bene ergo in Nazareth conceptus fuit flos noster qui sicut flos de flore sine virili cōmixtione de vna matre saluo virginitatis decore: et matris integritate ꝓcessit. Quarto Nazarenus dicitur: q: ibi nutritus fuit: τ educatus. xp̄s enim sicut in flore ɔcipitur: ita τ in florib⁹ sanctitatis nutritur: τ educatur: τ pascitur. Lectulus noster floridus est Cāti. i. Quinta ratio: q: iñ Nazareth domicilium fuit parentibus suis: sicut Joseph qui pat eius putabatur: τ beatissime v̄ginis Marie q verissime mater fuit. Vñ Luce. ij. dicitur Postq̄ ꝑfecerunt oīa s̄m legē dñi: reuersi sunt in ciuitatē suā Nazareth: que dicebatur eorū ciuitas: vt inqt glo. quātū ad habitationē. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad p̄maz r̄ndetur: q sanctificari est sanctū fieri. Pōt autē aliquis sc̄tūs fieri dupliciter: vt ex sancto: vel nō sc̄tō. Ex sc̄tō iterū dupliciter: vel ex minus sc̄tō: magis sanctū vt dicitur Jo. xvi. Pater sanctifica eos in veritate Apostoli enim tūc sancti erant: vel s̄m cōtinuationē sanctitatis eadē quantitate seruata: Et hoc modo xp̄s potest dici sanctificatus sicut ibidē dicit. Ego pro eis sanctifico meipsum. Sed iste modus loquendi nō videt cōsuetus. Vñ sic de sanctificatiōe nō videtur loqui hic. Ex nō sancto dr̄ aliqs sc̄tūs fieri dupliciter. Vno modo ex nō sc̄tō cōtrarie: aut p̄uatiue: sicut p gratiam sanctificari dicit: Et hoc mō xp̄s nō pōt dici sanctificatus esse: q: nō pōt accipi cū cōsistētia subiecti defectus sanctitatis in eo fuisse. Simul eniz fuit homo τ sanctus. Alio mō pōt dici fieri sc̄tūs d nō sc̄tō negatiue. Et tūc bñ dicitur: ex nō sc̄tō sc̄tūs factus: rōne sanctitatis create: que hominis est: Et ita cōcedi pōt in aliquo sensu: xp̄m esse sanctificatum: Rñdetur ergo: ad primaz rōnem: in oppositum: negando ɔñam: Et rō est: q primum mouēs in aliquo ordine mobiliū: nō oporz esse immobile simpliciter: sed immobile s̄z genus motus: sicut celum: qđ est p̄mū alterās: mouetur quidem: s̄z nō alteratur. Non enim est p̄muz mouēs simplicit. Similiter etiā xp̄s s̄m q homo: nō est primū sanctificans simpliciter: sed deus: trinitas. Est autē p̄mū sanctificans inquātū homo: non per modū satisfacientis pro peccato: τ sic sanctificatus nō est: aliquo tñ mō sanctificatus ē. ¶ Ad sc̄dāz r̄ndet negādo assumptū. Nō enim oē qđ fit: ex cōtrario fit: sed solū qđ fit per viā generatiōis: τ alterationis. Oportet tñ omne qđ fit: ex incontingenti fieri: vt dicit. i. Phi. i. ex eo q nō cōuenit simul inesse Sic aūt ɔtingēs: ē nō solū contrarium: vel p̄uatio: q̄ reqrunt subiectū: sed etiā negatio: que ɔsistētia subiecti non requirit. Et

sic ex nõ sancto: xp̃s factus est vt dictu͂ est.
¶ Ad tertiã rõnez negat̃ p̃ña. Et rõ p̃z: ex
dictis. ¶ Ad quartã r̃ñdetur negãdo p̃ñaz
q2 lz sic in forma nõ reperiat̃ scriptũ ex mul
tis locis: tñ intelligit̃: Nã Nazaren⁹ inter-
pretatur sanctus: ⁊ q xp̃s dicat̃ sanct⁹ hoc
habetur Daniel. ix. Itez interpretatur flori
dus: ⁊ hoc habet̃ ysa. xi. Egredietur virga
⁊c. Et concordat cũ eo q̃d dicitur. Cant. ij.
Ego flos cãpi ⁊c. Unde signãter dicit euã
gelista per prophetas: ⁊ tantum de ista con
clusione.

¶ In festo Epiphanie est euangelium il-
lud Cũ natus eẽt iesus Mat. ij. Circa q̃d
p̃nt sequẽtes q̃stiones disputari.

¶ Primo vtrũz xp̃i natiuitas fuit cõuenië
ter per stellã magis manifestata.

¶ Secũdo vtrum stella magis apparens
fuerit vna de celestibus stellis.

¶ Tertio vtrum: magi conuenienter vene
runt ad adorãdũ: ⁊ venerãdum xp̃m.

Ad p̃mã. q. qua querit̃ vtrũ
xp̃i natiuitas fuit p̃uenient̃
per stellã magis manifesta
ta: sic p̃cedit̃. Et videtur q
nõ. ¶ Primo sic: Hoc eni
videt̃ esse occasio erroris:
quãtũ ad illos: q existimant sydera natiui-
tatibus hominũ dñari: Sz occasiones pec
cãdi sunt hoibus auferẽde: ergo nõ fuit cõ
ueniẽs q p stellã: magis xp̃i natiuitas ma-
nifestaret̃. ¶ Scd̃o sic. Signũ oportet esse
certũ ad hoc q per ipsum aliq̃d manifesta
ret̃: Sz stella nõ videtur esse signũ natiuita
tis xp̃i: Ergo incõueniens fuit natiuitas xp̃i
p stellã manifestata. ¶ In oppositũ est euã
geliũ p̃ñs. R̃ñdeo dicendũ sub ista conclu
sione. q cõueniẽter xp̃i natiuitas est magis
per stellã manifestata. Ista cõclusio patet p̃
mo q2 vt dicit Deutro. xxxij. dei perfecta
sunt opera. Sz talis manifestatio fuit opus
diuinũ: ergo p cõueniẽtia signa fuit effecta
Scd̃o ostẽditur. Sicut manifestatio silogisti
ca que fit p ea. que sunt magis nota: ei: cui
est aliq̃d manifestandũ: ita manifestatio que
fit per signa: dz fieri per ea: que sunt fami-
liaria illis: q̃bus manifestãtur. Manifestũ
est aũt q vij is iustis est familiare: ⁊ cõsue-
tũ: interius sp̃us sancti instictu edoceri abs
q3 signoꝝ sensibiliũ demonstratione. s. per
spiritũ p̃phetie. Alij vero corporalibus re
bus dediti per sensibilia ad itelligibilia de-
ducũtur. Iudei aũt cõsueti erãt diuina i nsa
per angelos suscipere: per quos etiã legez
acceperãt: s̃m illud Deut. vij. Accepistis le
gẽ in dispositiõe angeloꝝ. Gẽtiles vero et
maxime astrologi consueti sunt stellaꝝ cur-
sus aspicere: ⁊ ideo iustis Symeõi ⁊ Anne
manifestata est xp̃i natiuitas p interiorez in
stinctũ sp̃us sancti s̃m illud Luc. ij. R̃ñsũz
accepit Symeon a sp̃u sctõ: nõ visurum se
mortẽ: nisi prius videret xp̃m dñi. Pasto-
ribus aũt ⁊ magis tanq̃3 rebus corporali-
bus d̃ditis: ẽ manifestata xp̃i natiuitas per
apparitiões visibiles. Et q2 natiuitas non
erat pure terrena: sed quodãmõ celestis.
iõ per signa celestia vtriusq3 natiuitas xp̃i re
uelat̃. Ut eniz Aug. dicit in s̃mone de epi-
phania dñi: Celos angeli habitãt: ⁊ sydera
ornãt. Utriusq3 ergo celi enarrãt gloriam
dei. Rõnabiliter aũt pastoribus tanq̃3 iu-
deis apud quos frequẽter facte sunt appa-
ritiões angeloꝝ: reuelata ẽ natiuitas xp̃i p
angelos Magis aũt cõsuetis in cõsidera-
tiõe celestiũ corporũ manifestata ẽ p signũ
stelle: q2 sicut dicit Criso. Per p̃sueta eos
deus vocare voluit: eis p̃descẽdẽs. ¶ Ad
rõnes in oppositum. ¶ Ad primã r̃ñdetur
negãdo assumptũ Dicim⁹ eni q stella que
natiuitatẽ xp̃i mãifestauit: oẽs occasionẽ: er
roris subtraxit Ut eni Aug. dicit p̃tra Fau
stũ Nulli astrologi cõstituerũt ita nascẽtiũ
hoiũ fata: sub stellis: vt aliquã stellaꝝ: hoie
aliquo nato circuit⁹ sui ordinẽ reliq̃sse: ⁊ ad
eũ: q natus ẽ perrexisse asseuerent: sicut ac
cidit circa stellã: que demõstrauit natiuitatẽ
xp̃i: Et ideo per hoc nõ p̃format̃ error eo-
rũ: q sortẽ nascentiũ hominũ: astraꝝ ordini
colligari arbitrãtur. Nõ aũt credũt astrorũ
ordinẽ ad hois natiuitatẽ mutari. ¶ Ad se

tūdā rñdetur negādo minorē: Dicim⁹ enī
q stella illa fuit signū certū natiuitatis xpi.
tum primo q sicut Criso. refert in quibus-
dā scriptis apocrifis: legit q quedā gens
in extremo oriētis: iuxta occeanū quandā
scripturā habebat ex nomine Seth. d hac
stella ⁊ muneribus hmōi offerendis. Que
gens diligēter obseruabat huius stelle or-
tū: positis exploratoribus. xij. q certis tēpo
ribus ascēdebāt in montē: in quo postmo-
dū viderūt eā: hñtē in se quasi paruuli for
mā: ⁊ super se similitudinem crucis: Et sic
fuit certū signū. Uel secūdo dicēdū q ma
gi illi traditionē Balaā sequebātur: q di-
xit orietur stella ex iacob. Uñ videntes stel
lā extra ordinē mūdi: hāc esse intellexerūt:
quā Balaā futurā indicē regis iudeorū p
phetizauerat. Et ita certum signum erat.
¶ Tertio sic: Dicit Aug. in sermone d epi
phania q ab angelis aliqua monitiōe reue
latiōis: audierūt magi: q stella natū xpm si
gnificaret: Et ita certum etiā signum fuit.
¶ Quarto vel sicut dicit Leo papa i sermo
ne de epiphania: pter illam speciē q corpo
reū incitat obtutū: fulgentior veritatis ra-
dius: eorū corda perdocuit. Qd ad illumi-
nationē ptinebat. Et ita certū signū fuit.


D secundā. q. qua queritur
vtrū stella magis apparens
fuit vna de celestibus stellis
sic pceditur. Et videt q sic.
Dicit Aug. in quodā sermone
epiphanie. Depēdet ad vbera: ⁊ vilīū pa
titur deus inuolumenta pānorū: repēte no
uū sydus effulsit. Fuit ergo stella illa cele-
stis que apparuit. ¶ Scdo sic. Dicit Au-
gu. in quodā sermone epiphanie Pastori-
bus angelus: magis stella xpm demonstrat:
loquit lingua celorū: q lingua cessauerat p
phetarū: Sed angeli apparentes pastoribus
fuerūt vere de celestibus angelis: ergo etiā
stella magis apparens fuit vna de celestib⁹
stellis. ¶ Tertio sic: Stelle q nō sunt in ce
lo: sed in aere: dicuntur stelle cometa: que nō
apparēt in natiuitatib⁹ regū: sed magis sunt
indicia mortis eorū. Sed illa stella dsignabat
regis natiuitatē. Uñ magi dicūt: Ubi est q
natus est rex iudeorū: Uidimus stellā eius
in oriente ⁊c. Ergo stella illa fuit vna de ce
lestibus. ¶ In oppositū est euāgeliū pñs.
¶ Scdo dicit Aug. cōtra Faustū Non ex
illis erat stellis: q ab initio creature itinerū
suorū ordinē: sub creationis lege custodiūt
sed nouo virginis partu nouū sydus appa
ruit. Rñdeo dicendū sub ista cōclusiōe q
stella illa apparens magis: nō fuit vna de il
lis celestibus. Ista cōclusio est Criso. super
Mat. Que pclusio oñditur ex multiplici
distinctiōe: q stella illa distiguebatur a ce-
lestibus vt dicit tā sctūs Tho. Quā Alber
tus magn⁹ in quinq. s. natura: situ: motu: cla
ritate: ⁊ significatiōe. Natura qdē q erat
corruptilis: ⁊ nō d natura celi. Et ideo per-
acto officio cōuersa fuit in preiacentē ma-
teriā: Et hoc pueniens fuit: q lumine vero
inuēto. alio lumine nō indigerem⁹. Distin
guebat etiā in situ: q nō fuit in alto cū alijs
stellis: in firmamēto: sed in spatio hui⁹ aeris
vicina loca tenebat. Patet quia isti per eā
determinate distinxerūt domū. Tertio di-
stinguebat motu: q cū alie stelle i circuitu
rotarent hec sola recta linea tēdebat ab ori
ente: q est dsus aqlonē ad occidētē: ordinās
ad meridiē: dsus iudeā vbi erat xps Pre-
terea differebat i motu: q nō hēbat ptinuū
motū sed cū oportebat stare: stabat. Quarto
i claritate differrebat: q ceteris splēdidior
erat. Uñ Leo papa i sermōe epiphanie. Tri
b⁹ magis in regiōe oriētis stella noue clari
tatis apparuit: q illustrior ceteris: pulchrior
q siderib⁹: i se tuētiū oculos aiosq pverte
ret: vt pfestī aduerteret nō eē ociosū: q tā
isolitū videbat. Quito significatiōe: vt dic
Albert⁹ differebat: qm alie stelle: q faciles
a mathematicis dicunt: nō sole significāt: sed
collectis oib⁹: q sunt i pyodi pnb⁹: ⁊ stellis.
hec aūt sola dedit glorie xpi significatiōē: eo
q ille venerat i cui⁹ dispōe: ⁊ pudētia oia
sūt: stelle: signa: ⁊ dispōes. ¶ Ad rōes i op
po. Ad pmā rñdet negādo pñā: ⁊ rō ē: q

in sacra scriptura celū quoqꝫ dicitur aer:ẜm
illud Psal. Volucres celi ꝛ pisces maris:
ꝛ ita sumitur in dicto Augu. ❡ Ad secun-
dá rñdetur negádo ꝯñam. Et rō est:qꝛ ipsi
celestes angeli:ex suo officio habent:vt ad
nos descendant:in misteriū missi. Sed stel
le celestes suū situ nō mutát: Vñ nō est simi
lis rō. ❡ Ad tertiá rñdetur negádo assum
ptū:qꝛ sicut nec ista stella fuit sita in celo:ita
nec fuit cometa:quia cometa est sicut facu-
la ardens:ꝛ nō diu stat: Item vt dictum est
illa stella nec stabat sita in orbe:nec in supre
ma aeris parte:vbi generátur comete:sed
erat in ꝓpinqua aeris parte. Preterea nec
sequebatur motuꝫ stellaꝝ cometaꝝ: Unde
manifeste differebat ab eis.



D tertiam. q. qua queritur
vtrum magi cōuenient ve
nerūt ad xp̄m adorandū:ꝛ
venerandū sic ꝓceditur. Et
videtur ꝙ non. ❡ Primo
sic: Unicuiqꝫ regi reueren-
tia debetur a suis subditis. Magi eniꝫ nō
erant de regno iudeoꝝ:ergo cum ex visiōe
stelle cognouerūt natū esse regem iudeorū:
videtur ꝙ incōuenienter venerūt ad eum
adorandū. ❡ Secūdo sic: Stultuꝫ est viuen
te rege aliquo:extraneū regem annūciare.
Sed in regno iudee regnabat herodes:er
go stulte fecerūt magi alterius regis natiui
tatem annūciare. ❡ Tertio sic: Certius est
celeste indicium:qꝫ humanū. Sꝫ magi du-
catu celestis indicij:ab oriente venerūt i iu
deam:ergo stulte egerūt ꝑter ducatum stel
le humanū indiciū requirēdo: dicētes vbi
est q natus est rex iudeoꝝ? ❡ Quarto mu
neruꝫ oblatio:ꝛ adorationis reuerentia non
debetur:nisi regibus iam regnántibus. Sed
magi non inuenerunt xp̄m regia dignitate
fulgentem:ergo inconuenient ei munera ꝛ
reuerentiá exhibuerūt. ❡ In oppositū est
euāgeliū p̄ns. Rñdeo dicendū:sub ista cō
clusione:ꝙ magi cōuenienter:ꝛ sapiēter ve
nerūt ad xp̄m adorādum:ꝛ venerādū. Ista
cōclusio habetur p̄mo ex illo ẏsa. lx. Ambu

labūt gētes in lumine tuo:ꝛ reges in splen-
dore ortus tui: Sed qui diuino lumine du-
cunt. nō errát:ergo magi absqꝫ errore:xp̄o
reuerentiá exhibuerūt. Secūdo sic:sicut di
cū est. Magi primicie sunt gentiuꝫ in xp̄o
credentiū:in quibus apparuit:sicut in quo
dā ꝑsagio:fides ꝛ deuotio gentiū veniētiū
a remotis ad xp̄m. Et ideo sicut fides ꝛ de
uotio gentiū est absqꝫ errore:per ispiratio
nē spūs sancti:ita ꝛ credēdū est: Magos a
spiritu scō inspiratos:sapiēter xp̄o reuerē
tiá exhibuisse. ❡ Ad rōnes in oppositum:
❡ Ad p̄má rñdetur negádo ꝯñam: Et rō
est:qꝛ lꝫ magi nō essent de regno iudeoruꝫ:
erát tñ subditi eius:quē adorare venerūt:
qꝛ cognoscebát eū verū deū eoꝝ ē:cui oē
genu flectēdū erat. Vñ beatus Augusti. in
quodaꝫ sermone epiphanie ita dicit. Nun
qꝫ hūc magi tam deuote requirerēt:tanto
pietatis affectu desiderarēt:nisi eū cogno
scerēt regē:qui rex etiá est seculoꝝ. Itē idē
in alio sermōe Deniqꝫ cū tá multi iam nati
atqꝫ defuncti essent reges iudeoruꝫ: nunqꝫ
quemqꝫ illoꝝ adorandū magi quesierunt:
ratio:qꝛ nec quenqꝫ eorū celo loquentē di-
dicerūt. ❡ Ad secūdá rñdetur:ꝙ non fuit
stulticia:ꝙ magi fecerunt:tū quia herodes
nō erat rex naturalis iudee:sed alienigena:
Sꝫ xp̄s. Vñ nō annūciabát regē extraneū.
Vñ in hoc nō stulticiá:ſꝫ oñderūt firmitatē
nobis:ꝛ ꝯstātiam fidei sue in xp̄o: adiplen-
tes illud: Nolite timere eos q occidūt cor-
pus:in quo intrepida annūciatiōe ꝑfigura
batur ꝯstātia gētiū. xp̄m vsqꝫ ad morteꝫ cō
fitentiū. Vñ Criso. dicit super Mat. Duꝫ
cōsiderabant regē futurū:nō timebát regeꝫ
p̄ntem:adhuc nō viderūt xp̄m ꝛ iaꝫ parati
erant ꝓ eo mori. ❡ Ad tertiaꝫ rñdetur ne
gádo ꝯñam: Et rō est:qꝛ hoc diuina dispo
sitione factū est. Vñ August. in sermone quo
dá epiphanie. Stella:q̄ magos perduxit ad
locū:vbi erat cū matre virgine deus ifans
poterat eos perducere ad ipsius ciuitatem
Bethleem:in qua natus est xp̄s:ſꝫ tñ sub-
traxit se donec de ciuitate:in qua xp̄s nasce

retur: ipsi etiam iudei interrogarẽtur: ⁊ ipsi etiã ẜm diuine scripture testimoniũ nominarent: vt sic geminato testimonio cõfirmarentur. Itẽ Leo papa¹ dicit. Ut ardentiori fide expeterẽt quã ⁊ stelle claritas ⁊ ꝓphe‍ne manifestabat auctoritas. ℭ Ad quartã ꝛñdetur: ꝙ rõ militaret: si magi regẽ terrenũ qrentes venissent qđ nõ fecerũt: qa vt dicit Criso. super Mat. si sic fuissent confusi: ꝙ tanti itineris laborem sine causa suscepissent. Unñ nec adorassent: nec munera obtulissent. Nũc aũt ꝙ regẽ celestẽ querebãt etsi nihil regalis excellentie in eo viderunt: tñ solius stelle testimonio contenti adorauerunt. Uiderũt eniz hoiem: ⁊ cognoscũt deũ ⁊ offerũt munera: dignitati xp̄i cõgruẽtia: aurũ quidẽ quasi regi magno. thus qđ in dei sacrificio ponitur immolant: vt deo mirrha: qua mortuoꝝ corpora cõdiuntur: ꝓbetur tanqꝫ pro salute omnium morituro.

ℭ In dñica infra octauas Epiphanie: est euangeliũ: In illo tpe Cum factus esset Iesus annorum duodecim Luce. ij. Circa qđ pñt disputari sequentes questiones.

ℭ Primo vtrum xp̄s ẜm aliquam sapientiam siue scientiam profecerit.

ℭ Secundo vtrũ xp̄s in gratia ꝓfecerit.

ℭ Tertio vtrum xp̄s aliquid ab hominibus didicerit.



arguméta de beata ṽgine: ⁊ de apostolis: q
super oés alios iusti ⁊ sancti inuenti sunt in
israel. Uel dicédú: vt dicit Albertus: q̄ cú
xp̄s dixit nó inueni tátá fidé in israel: no iclu
dit illos: qbus loq̄batur: ẜ alios de Jsrael.
¶ Jn dñica tertia é euágeliú Jn illo tépo
re ascédéte Jesu in nauiculá ⁊c. Mat. viij.
Circa qd̄ veniút disputáde se. q.
¶ Primo: vtrú ecclesia vniuersalis iuxta
glo. per nauiculá ꝯsignata tépestate alicuꝰ
tribulationis: qñqȝ ita ꝯcutietur, vt naufra
gium patiatur. ¶ Secúdo: vtrum fuit ve-
rú: q̄ mare et venti obediunt xp̄o.



D primá. q. qua q̄ritur: vtrú
vniuersalis ecclesia iuxta gl.
euágelij p̱ nauiculá ꝯsignatá
qñqȝ tépestate tribulationis
ita ꝯcucietur: vt naufragium
patiatur: sic p̱cedit. Et videt q̄ sic. ¶ Pri
mo Daniel. ix. scribitur Deficiet hostia et
sacrificiú: ⁊ erit in téplo abhoiatio desola-
tionis: ⁊ vsqȝ ad ꝯsummationé ⁊ finé per-
seuerabit desolatio: Sȝ cú defecerit fides ⁊
hostia ⁊ sacrificiú: deficiet ecclesia Dicit. n.
Augusti. Ubi fides: ibi ecclesia: ergo ⁊c.
¶ Scdo sic: Sicut vniuersitas iudeoruȝ: q
p̱mus ecclesia dicebat: iaȝ nó est ecclesia: vñ
tota ecclesia iudeoꝝ videt defecisse: Dedit
enim illi deus libellú repudij. p̱mo. x. tribu
bus: ⁊ postea duabꝰ: vt dicit Hiere. iij. Et
v. Ubi sic habetur. Preuaricata é domus
israel: ⁊ domus iuda: dicit dñs ⁊c. Ergo pa
ri róne tota ecclesia xp̄ianoꝝ est defectibi-
lis. Cósequétia videt bona. ¶ Tertio sic:
Lu. xviij. Post denúciationé futuraruȝ tri
bulationú dicitur: verútñ filius hoīs veniés
putas inueniet fidé in terra? Hoc aút nó vi
detur dictú: nisi q̄ fides añ cósummationé

seculi deficiet:⁊ p cōsequens ecclesia. ¶ In oppo.est hic glo. Rñdeo dicendū sub dua bus conclusionibus. Prima est:q ecclesia catholica cōuenienter designatur per nauē siue nauiculā. Ista cōclusio probatur. Primo per illud ꝓuer. vltimo Facta est quasi nauis institoris. Et hoc:q: vt dicit Albertꝰ magnus. virtutū mercibꝰ ⁊ meritoꝝ thesauris amplissimis:atqȝ ꝓciosissimis onusta ē: qbus filij sui mercati sunt regnū. In ea eni sola:sunt virtutes:qbus adipiscitur felicitas vite eterne iuxta.c.oēs.xxviij.q.i. Secūdo pȝ ꝯclusio:qm̄ ecclesia ē vehiculū:quo per mare huius seculi:q̄ʒcunqȝ crebris ventoꝝ flatibus:⁊ aquaꝝ fluctibus.i. tētationū pla gis:⁊ verberibꝰ fatigetur:fideles in ea cōtenti ad portū future beatitudinis perducū tur. Vñ sicut extra archā regnāte diluuio nullus saluatus est:ita nullus extra ecclesiā oino saluat. Vñ extra de summa trini.⁊ fi. catho.c.i.⁊.iij.q.i.qm̄ verꝰ:⁊ beatꝰ Greg. in moralibus:⁊ habet in.c.q: eadē cā.et:q. Ecclesia sola ē:q intra positos valida caritatis compago custodit. Vñ aqua diluuij archā quidē ad sublimiora sustollit. Oēs autē quos extra inuenit extinxit. Secūda conclusio ē:q nauicula vniuersalis nunqȝ tāta tempestate tribulatiōis vexabitur:q naufragiū patiat. Ista cōclusio ꝓbatur primo sic. Augu.in tractatu de catholica veritate dicit. Sicut nauicula.i.ecclesia xp̄i i medio maris videlȝ mūdo diu iactata ē fluctibus:ſʒ vexata nō dissoluta aut submersa:q: ille imperauit vēto ⁊ mari:q eidē ecclesie ꝓmisit: vsqȝ ad finē affuturā. Ista cōclusio pȝ ex illo Ambro. qui ita dicit in quodam sermone Nauim ecclesiam debemꝰ accipere in solo mūdi hmōi ꝯstitutā:que ⁊ si vndaꝝ fluctibus aut ꝓcellis sepe vexetur:tñ nunqȝ pōt sustinere naufragium:q: in arbore eius.i.in cruce xp̄s erigit:in pupe pater residet gubernator:ꝓrāʒ paraclitus suat spūs:hanc per angusta huius mūdi freta.xij.remigijs ducit.i.xij.apostoli:⁊ similis numerus prophetaꝝ. Tertio patet ꝯclusio ex illo Mat.

xvi. vbi xp̄s ait. Super hāc petram edi.ec. meā:⁊ porte inferi non ꝑualebūt aduersus eā. Plane hoc nō eēt:si ecclesia q̄nqȝ tribulatiōibus aut impugnatiōibus vexata:naufragiū eēt passura. ¶ Ad rōnes in opposi. ¶ Ad pmā rñdetur negādo ꝯñam: Et ad dictum Danielis rñdetur dupliciter. Primo q nō videtur loq de ꝯsummatiōe totiꝰ seculi:ſʒ de finali desolatiōe ciuitatis hierusalē:in q̄ locus sanctificatiōis erat:Et ita nō est ad ꝓpositū. Scdō rñdetur q dato:q Dictuȝ Danielis accipiatur de ꝯsummatiōe seculi ⁊ abhoīatiōne noiet antixp̄m hoiem peccati:qui in tēplo sedēs extollēs se super oē: qd̄ dicitur dē.ij.ad Thessa.i.nō est intelligēdū:q fides totaliter deficiat:quin semper apud aliquos fides ecclesie firma atqȝ immutabilis vsqȝ i finē seculi permanebit:ita xp̄s pollicitus ē Petro:quē vniuersalis ecclesie sue pastorē ⁊ vicariuȝ constituerat.d. Ego rogaui ꝓ te Patrē vt non deficiat fides tua Lu.xxij. ¶ Ad secundam rñdetur negādo assumptū:qm̄ q ecclesia de iudeis nunqȝ ita defecit:quin semper in ea aliqui essent iusti:in quibus integra fides ⁊ caritas iuiolata perseueret:ſʒ scriptura ita absolute loquit:q: in cōparatiōe maloꝝ:illo tp̄e paucissimus erit numerꝰ bonoꝝ. ¶ Ad tertiā rñdet negādo ꝯñam:Et ad dictū:quod Lu.xviij.habet rñdetur:q illud dictū est: nō q oino fides sit defectūra:ſʒ ꝓpter paucitatē fideliū:q̄ tp̄e anxp̄i erit ꝓpt maximā tribulationē:q̄ tp̄e illo vigebit.

a Dubitatur secūdo.q.q̄ qrit:vtꝝ sint veꝝ q mare ⁊ vēti obedierunt xp̄o sic ꝓcedit. Et vr̄ q non:q: res sine sensu:⁊ sine rōe:nō pñt dici obedire alicui:cū nec caperē nec itelligē possint ꝓceptū iperantis:ſʒ mare ⁊ vēti sunt hmōi:ergo nō videntur posse dici obedire. ¶ Scdō sic:Qui obedit do cōfirmat volūtatē suā volūtati diuine:Sed ista cū sint sine itellectu ⁊ volūtate:n̄ pñt dici cōfirmare volūtatē suā diuine:Ergo ⁊c. ¶ Tertio. Obedientia est virtus moralis: Sed mare ⁊ vēti nō capacia sunt virtutis

Ergo nec possũt dici obedire alieni. ¶ In oppositũ est euãgelium pñs: Rñdeo dicendũ sub ista cõclusiõe: q mare ꝛ venti obedierũt xpo. Ista cõclusio patet ex euãgelio. Pro cuius intellectu est notãdũ: q obediẽtia dicit duobus modis Uno mõ vt dicit virtus: qua animus subijcitur mãdatis iperãtis: vt sñat: Et hoc mõ obediẽtia nõ cadit nisi in creatura intellectuali: q sola capax ẽ virtutis: vt arguebatur. Alio mõ dicit obediẽtia operatio: qua mobile vel subiectum statim expedite ꝛ sine quacũqz repugnãtia exequit ordinẽ ꝛ dispositionẽ sui motoris: siue principij agentis: Et hoc mõ est in omni creatura potẽtia obediẽtialis: ad exequẽdũ: ꝛ operandũ quicqd deus: qui immobilis manẽs: dat cũcta moueri: de creatura ordinauerit vel disposuerit. Unñ Ps. c.xlviij. dicitur Statuit ea in eternũ ꝛ in seculũ seculi: pceptum posuit: ꝛ non pteribit Et infra. Ignis: grãdo: nix: glacies: spũs pcellarũ: q faciont verbũ eius. Et Amos. ix. dicit dñs Mãdabo serpẽti: ꝛ ipse deuorabit eos. Et hoc mõ dicuntur venti ꝛ mare obediuisse xpo: sicut creatura suo creatori. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primam rñdetur: q rõ pcedit de obediẽtia primo mõ sumpta: lz dicat Albertus magnus super Mat. q omnis creatura sensum hz naturalẽ: quo imperiũ percipit: ꝛ perficit creatoris: q̃uis in se sit insensibilis. Et iõ distinguit ysac philosophus: sensus naturales ꝛ aiales esse in rebus insensibilib⁹. Hoc Albertus. ¶ Ad secũdã: ꝛ tertiã rõnes: eadem est rñsio. Loquũtur enim de obediẽtia pmo mõ sumpta nos vero de obediẽtia secũdo mõ capta.

¶ In dominica quarta post octauas Epiphanie est euangelium.

¶ In illo tempore dixit Jesus parabolam hanc. Simile factũ est regnũ celoꝝ hoi ꝛc. Mat. xiij. Circa qd pñt dispo. se. q.

¶ Primo: virũ diabolus superseminauerit zizania. i. hereses in agro dominico.

¶ Secũdo: vtrũ heretici sint eradicãd. per mortem de vita presenti.

Ad primã. q. qua qritur: vtrũ diabolus supseminauerit zizania ꝛc. sic pcedit: Et videtur q ñ. ¶ Primo sic: Euãgeliũ dicit: q inimic⁹ homo hoc fecit: Sz diabolus nõ ẽ hõ: Ergo nõ superseminauit zizania. ¶ Scdo sic: Hereses ex libero arbitrio hois pcedũt. Unñ vt ait Hiero. ꝛ habet. xxiiij. q. iij. i. c. heresis. Heresis grece ab electione dicit: q cũ vnusqsqz eligat disciplinã: quã putat esse meliorẽ Sed diabolus nõ põt sup li. ar. Ergo non põt supseminare aliqd in eo. ¶ Tertio sic: Omne agẽs ex pposito cognoscit suũ effectũ: lz diabolus internas cogitatiões nõ potest pudere: vt dicit Augu. li. de eccle. dogmatibus: Ergo nõ potest aliqd seminare. ¶ In oppo. est euãgeliũ pñs. Rñdeo dicẽdũ sub tali cõclusiõe: q diabolus supseminauit in agro dñico hereses etiã errores. Ista cõclusio pz. Nã postqz xps lux mundi. ꝛ veritatis: in agrũ seminauit fidei doctrinã: per se ꝛ suos apostolos: in agro dñico: post mortẽ eoꝝ diabolus inuidẽs fidei seminate in cordibus fideliũ: que fondamẽtũ erat religiõis xpiane: supseminauit zizania: suadẽdo ꝛ suggerẽdo errores hoibus. Et ita plures ad pfidiam heresis induxit: que ducit ad mortẽ Hinc Sapi. ij. dicit: q inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terraruz. Et Jo. viij. dicit de diabolo. Ille homicida fuit ab initio: ꝛ in veritate nõ stetit: q veritas nõ est in eo. Qdom enim loqtur. i. suggerit mendaciũ: ex pprijs loquit: q mẽdax ẽ: ꝛ pater eius ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad pmã dicit: q ibi in euãgelio inimicus hõ dicit diabolus: vt exponũt doctores Dicit aũt diabol⁹ hõ: tũ ppter defectuz a veritate. Ps. Exurge dñe: nõ pualeat hõ: tũ q: diabol⁹ vincit hoiez. Ps. Eripe me dñe ab hoie malo: Et dicitur inimicus ppter cõsummatã maliciã ei⁹. ¶ Ad scdaz rñdet negãdo pñaz. Dicim⁹: q lz diabolus nõ possit sup li. ar. directe mouẽdo: illud: põt tñ hñ p modũ suadẽtis: Et sic diabolus seminat he

reses et errores in cordibus hoim. Unde Augusti. iiij. de trini. dicit: q diabolus sua subtilitate malignos affectus inspirat. Et Beda dicit super Actus apostolorum: q animā in affectū malicie trahit.

Ad scdam. q. qua q̄ritur: vtrum heretici sunt eradicandi per mortē de vita p̄nti sic p̄ceditur: Et videtur q nō. ¶ Primo. ex euāgelio p̄nti: vbi dicitur q permittantur zizania crescere: vsque ad messem: messis autē est finis seculi. Sed heretici per zizaniā designātur: ergo heretici tollerandi sunt et nō interficiēdi. ¶ Secūdo sic: Apostolus. ij. Thy. ij. Seruum dei opz esse mansuetū. i. cū modestia corripiētem eos: qui resistūt veritati: ne qn̄ det deus illis penitētiā ad cognoscēdam veritatē: et resipiscāt a laqueis diaboli: Sz si heretici nō tollerarētur: sed morti traderētur: auferretur eis facultas penitēdi: ergo tollerādi sunt: et nō interficiēdi. ¶ Ad tertiū sic. Nihil enim dz impugnari: nisi qd est contra amicitiam. Sz diuersitas opinionū nō est cōtra concordiam amicitie: vt philosophus dicit. iiij. Ethy. ergo heretici nō sunt extirpādi: sed tollerādi. ¶ In oppo. est Apostolus ad Thy. iij. Hereticū post primā et scdam correptionem deuita: sciēsque subuersus est qui huiōi ē. Rn̄deo dicendū sub ista conclusiōe Heretici manifesti: qn̄ sine periculo pōt fieri: exterminādi sunt per mortē de vita p̄nti. Ista cōclusio pz: qr tales sunt corrumpētes et infectiui aliorum fm illud Th. iij. Heretici multū p̄ficiūt ad impietatē. Sermo eorum vt cancer serpit. Que cōclusio pz per Apostolū. i. Corin. v. Qui precepit exterminare vetus fermētū: ne totā massam corrūpat: et Hiero. Et habet. i. q. iij. Secande sunt carnes: et scabiosa ouis a caulibus repellēda: ne tota domus: massa: corpus: et pecora: ardeat: corrūpatur: putrescat: et intereat. Arrius aūt in alexādria: vna scintilla fuit: sz qm̄ non statim oppressa est: totū orbē eius flāma populata est. Scdo p̄batur sic: qa sunt sicut homicide. Uita spūalis multo melior ē q̄ corporalis: Sed homicide extirpātur: qui auferūt hoibus vitā corporalē: vt habetur. Exo. xxij. Maleficos nō patieris viuere: ergo multo amplius heretici: qui auferūt hoibus vitā spūalem. Tertio sic p̄ceditur: inquātum heretici sunt falsarij xpiane fidei: multo grauius est corrūpere fidē: per quā est aīe vita. Iustus enim ex fide viuit Osee. ij. Et Ro. i. quā falsificare monetā: per quā tēporali vite subuenitur: Sz falsarij pecunie statim per p̄ncipes seculares morti tradūtur: ergo multo fortius heretici statim: qn̄ de heresi conuincūtur: p̄nt iuste occidi. Quarto p̄batur cōclusio inquātū heretici dicūtur lupi. Lupi sunt ab ouibus arcēdi pastoris officio Jo. x. Sed heretici sunt lupi Acc. ij. Ergo isti venūt extirpādi. Quinto p̄bat cōclusio: inquātū heretici sunt blasphemi in xp̄m Leui. xxiiij. dicit Qui blasphemauerit nomē dn̄i morte moriatur: Sed heretici sunt huiōi: ergo merito venūt extirpādi per mortem magis q̄ rei crimine lese maiestatis. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primam rn̄detur: q deus nō vult hereticos permitti viuere absolute: sz in casu tantū. s. qn̄ nō possunt separari a fidelibus sine periculo fidelium: Et hoc contingit duplici de causa. Una: qn̄ n̄ bene cognoscūtur: nec bene distinguuntur a fidelibus. alia: qn̄ habent tātos defensores: q si contra eos p̄cedatur: maius periculū in ecclesia probabiliter estimatur: vt scismaticos: vel interfectores fideliū: a fautoribus hereticorum. Tūc enim permittēdi sunt p̄pter maius periculum euitādū. Ubi aūt nō occurrūt ista pericula: sunt separādi ab ecclesia: et iusticie seculari relinquēdi: vt exterminētur per mortem: sicut dictū est. ¶ Ad scdam rn̄detur negādo cn̄iam. Et rō ē: qr modestia illa seruat: vt primo: et scdo corripiatur. Qd si redire noluerit: iā p̄ subuerso habetur: vt pz in auctoritate apostoli indicta. ¶ Ad tertiam rn̄detur negando cn̄iam: Tum qr philosophus loquitur de opinionibus speculatiuis tm̄: Tū qr consensus in vnitatē fidei: ē principiū cōiūctiōis

in caritate. Et ideo discessus a fide excludit amicitiã familiaritatis.

¶ In dominica.lxx. est euãgeliũ In illo tẽpore dixit Jesus parabolã hanc ꝛc. Mat. xx. Circa quod põt disputari sic q.

¶ Prima: vtrum omnes hoĩes ad eternã beatitudinẽ a deo sint vocati.

¶ Secunda: vtrum requirãtur aliqua opera hominum ad beatitudinem consequendam a deo.

¶ Tertia: vtrum omnium laborantium in vinea domini sit vnũ remuneratiõis pmiũ.



D primam. q. qua queritur vtrũ oẽs hoĩes ad eternaʒ beatitudinẽ a deo sunt vocati: sic ꝓceditur. Et videtur ꝙ nõ. ¶ Primo sic: Deus nõ diligit oẽs hoĩes: Ergo nõ oẽs hoĩes ab eo sunt vocati ad beatitudinẽ. Cõsequẽtia est bona Añtecedens pʒ ex illo Ps. Iniquos odio habui: Et illõ Odisti oẽs: qui operãtur iniquitatem. ¶ Scdo sic: Nullꝰ excecatus a deo: põt dici vocatꝰ a deo ad percipiendã beatitudinẽ eternaʒ. Pʒ. Sed deus huius seculi excecauit mentes infidelium. vt dicit Apostolus.ij. Corin.iiij: Ergo ꝛc. ¶ Tertio. Reprobati a deo non possunt dici vocati a deo ad beatitudinẽ. Sʒ multi sunt a deo reprobati. Vñ Apostolus ad Ro.i. Dedit eos in reprobũ sensum: ergo non oẽs hoĩes sunt a deo vocati ad beatitudinẽ. ¶ In oppo.ẽ euangeliũ pñs. Itẽ illud Lu.xiiij. Hõ quidaʒ fecit cenã magnã ꝛ vocauit multos. Per cenã vt ait glo. eterna beatitudo intelligitur. Rñdeo: dicendũ sub ista ꝯclusione: ꝙ oẽs hoĩes sunt a deo vocati ad beatitudinem. Que conclusio probatur. Primo ex illo.i. Thi.ij. Vult deus oẽs hoĩes saluos fieri: ꝛ ad agnitionẽ veritatis venire. Secundo sic Oẽs hoĩes facit deus capaces beatitudinis: ergo oẽs sunt vocati ad beatitudinem Cõsequẽtia videt bona: alias frustra fuissent facti capaces. eius. Assumptũ pʒ: quia oẽs hoĩes sunt facti ad imaginẽ ꝛ similitudinẽ dei Gen.i. Dicit aũt August. ꝙ eo est hõ dei capax: ꝙ ad imaginẽ dei est. Tertio sic: Oẽs hoĩes appetũt beatitudinẽ: ergo vr: ꝙ ad illã sint a deo vocati. Assumptũ ꝓbatur per illud Boetij.iij. de ꝯsolatiõe dicẽtis: ꝙ mẽtibus oĩuʒ hoĩuʒ veri boniqʒ cupiditas est inserta. Sʒ verũ bonũ ẽ: ꝙ nos beatos facit: ergo ꝯclusio vera. Quarto sic sicut dicit Dyo. Deus eq̃liter oĩa diligit: ꝛ per ꝯñs oẽs hoĩes eq̃liter diligit. Sed aliquos vocauit ad beatitudinẽ: ergo oẽs homines. Quinto Oĩbus hoĩbus dedit legẽ mandatoꝝ: per quoꝝ obseruãtiã acq̃ritur vita eterna ƀm illud: Si vis ad vitã ingredi ƀua mãdata Math.xix. Sexto Tribuit etiã oĩbus cõsilia ad pfectionẽ habendã: tribuit remedia. s. sacramẽta ad sanãda vulnera peccatorum: ergo vr: ꝙ oẽs hoĩes sint a deo vocati ad eternã beatitudinem. ¶ Ad rõnes in cõtrariũ. ¶ Ad pmã rñdetur negãdo assumptũ: ꝛ ad ꝓbationẽ dicimus: ꝙ nihil ꝓhibet vnũ ꝛ idẽ ƀm aliqd amari. et ƀm aliqd odio haberi. Deus igitur peccatores inquãtũ sunt nature quedaʒ: amat: sic eniʒ ꝛ sunt: ꝛ ab ipso sunt: Inquãtum vero peccatores: nõ sunt: ꝫ ab eẽ deficiũt: ꝛ hoc in eis a deo nõ est. Vñ ƀʒ hoc ab ipso odio hñtur. ¶ Ad scdaʒ rñdetur negãdo ꝯñam. Et ad id ꝙ õ dr: ꝙ deus excecat mẽtes aliquoꝝ: dicendũ ꝙ nõ dr excecare: maliciam infundẽdo: ꝫ ex demeritis hoĩum: grãʒ nõ infundẽdo. Pro quo notandũ: ꝙ excecatio dr ꝑuatio grẽ: ꝙ: gratia est quoddã lumen aĩe: ꝛ perfectio quedã habilitãs ad bonum ipsaʒ aĩam. Aliquẽ aũt carere grã: ex duobus ꝯtingit: tũ ꝙ ipse nõ vult recipere: tuʒ ꝙ deus nõ sibi infundit: vel nõ vult sibi infundere. Hoꝝ aũt duoꝝ talis ẽ ordo: vt ƀʒ nõ sit: nisi ex suppositiõe pmi. Quom eniʒ deus nihil velit: nisi bonũ: nõ vult istũ carere grã: nisi ƀm ꝙ bonũ est: Sʒ ꝙ iste careat grã: nõ est bonũ simpliciter. Vñ hoc absolute consideratũ: nõ est volitũ a deo: est tñ bonũ ꝙ careat grã: si eaʒ habere nõ vult: vel si negligẽter se ad eã habẽdã ꝑparat: ꝙ in-

tū est: Et hoc mō est a deo volitū. Pȝ ergo: q hmōi defectus absolute cā pⁱma ē ex parte hois: qui gratia caret. Ex parte autē dei nō est causa huius defectus: nisi ex suppositione illius. qđ est cā ex parte hois: Et per hunc modū qñqȝ inuenitur deus dici cā excecationis ⁊ obdurationis: nō mittēdo maliciā: sed nō impartiēdo grām: qđ in ipso est: Et ita pȝ qd dicendū sit ad auctoritatē Apostoli. ¶ Ad tertiā rñdetur negādo pñam: Et rō est. Hec enīȝ est differētia ſm sanctū Tho. inter pdestinationē ⁊ reprobationē: q: predestinatio est cā: ⁊ eius: qđ expectatur in futura vita in predestinatis. s. glorie: ⁊ eius qđ percipitur in pñti. s. grē. Reprobatio vero nō est causa eius qđ est in pñti. s. culpe: sed est cā derelictionis a deo: est tñ causa eius quod redditur in futuro. s. pene eterne: Sed culpa prouenit ex libero arbitrio eius: qui reprobatur: ⁊ a gratia deseritur: Et ſm hoc verificatur illud pphete Osee. xiij. Ex te perditio tua Hierusalem.

A secundaȝ. q. qua queritur vtrū regrantur aliqua opera hominū ad beatitudinem cōsequendā a deo: sic pceditur: Et videtur q ñ. ¶ Primo ex illo ad Ro. iiij. Beatitudinem hois cui ds accepto fert iusticiā sine opib⁹: ergo nō regruntur alia opera hois ad beatitudinē cōsequendā. ¶ Secūdo sic: Deus cum sit agens infinite virtutis: nō pexigit in agēdo materiā: aut dispositionē materie: ſȝ statim pōt totū producere. Sȝ opera hois cū nō requirātur ad beatitudinem: sicut causa efficiens: nō pñt requiri ad cā: nisi sicut dispositiōes: ergo deus: qui dispositiones nō preexigit in agendo: beatitudinem sine pcedentibus operibus cōfert. ¶ Tertio sicut Deus est acto: beatitudinis immediate: ita ⁊ naturā immediate instituit: Sed in prima institutione nature produxit creaturas nulla dispositiōe pcedente: vel actione creature: sed statim fecit vnūquodqȝ perfectuȝ in sua specie: ergo videtur q beatitudinē confert homini: sine aliquibus precedentibus. ¶ Quarto Arguitur de christo: cuius anima ab instanti creatiōis fuit beata sine operibus precedentibus: ergo ⁊c. ¶ Quinto Idem arguitur de pueris baptizatis: q ante vsum li. ar. moriuntur: quibus sine precedentibus aliquibus operibus: regni celestis ianua aperitur: vt dicit beda. ¶ In oppositum est euangeliū presens: vbi dicitur: voca operarios ⁊c. Item Jo. xiij. dicitur. Si hec scitis: beati si feceritis ea: ergo per actionem ad beatitudinē peruenitur. Respondeo: dicendum sub ista cōclusione. Licet deus posset simul facere voluntatem recte tendentem in finem: ⁊ finem cōsequentem: sicut quādoqȝ naturam simul disponit ⁊ dicit formā: ordo tamen diuine sapientie exigit: vt nullus purus homo habens vsuȝ li. ar. cōsequatur beatitudinem: sine aliquibus operibus precedentibus. Que conclusio sic ondītur vera: vt dicit Philosoph⁹. ij. de celo. Eorum que nata sunt: habere bonum perfectum aliquid habȝ sine motu: aliquid vno motu: aliquid pluribus. Habere autem perfectum bonum sine motu: cōuenit ei: q naturaliter habet illud. Habere autem beatitudinem naturaliter: est solius dei. Unde solius dei propriū est: q ad beatitudinem non moueatur per aliquā operationem precedentem. Quom autem beatitudo excedat omnem naturam creataȝ: nulla pura creatura conuenienter beatitudinē cōsequitur: absqȝ motu operationis: p quā tendit ad ipsam. Sed angelus qui est superior ordine nature qȝ homo: consecutus est eā ex ordine diuine sapiētie vno motu opationis meritorie. Hoies aūt ɔsequūtur ipsaȝ multis motib⁹ opationū: q merita dicūtur. Uñ etiā ſm Pphm. i. Ethi. Beatitudo ē pmiū vtuosaȝ opationū. ¶ Ad rōes in opposi. ¶ Ad pmā rñdet: q dictū Apostoli nō militat: q: ipse loqtur d btitudine spei: q hētur p grāȝ iustificātē: q qdē nō dat ppt opa pcedētia. Nō enim hȝ rōnem termini motus: vt beatitudo: sed magis est pncipiū

motus:quo ad beatitudinē tēditur. ¶ Ad secūdā rñdetur negādo ꝯñam:Et rō est:q̄ ga nō dicimus:ꝙ operatio hoīs:ideo ꝑexigat ad cōsecutionē beatitudinis:ꝓpter insufficientiā diuine virtutis beatificātis:ꝫ vt seruet ordo in rebus. ¶ Ad tertiā rñdetur negādo ꝯñam:Et rō est:q̄ primas creaturas statim deus perfectas produxit: absq̄ aliq̄ dispositione:vel operatiōe creature ꝑcedēte:q̄ sic,instituit ꝑma indiuidua specierū:vt per eas natura ꝓpagaret ad posteros. Sic aūt nō fecit de alijs. ¶ Ad quartā rñdetur negādo ꝯñam:Et rō est:q̄ illud fuit singulariter in xpo. Vñ sicut ꝺ ꝑmis indiuiduis specierū:per que erat natura ꝓpagāda:dictū est ꝙ fuerūt statim ꝑfecta:similiter dicimus:ꝙ per xp̄m:qui est deus ⁊ hō:beatitudo erat ad alios deriuanda:ꝫm illud Apostoli ad Hebre.ij. Qui multos filios in gloriā adduxerat:statim a ꝑncipio sue ꝯceptionis:absq̄ aliqua operatione meritoria ꝑcedente:anima eius fuit beata. Sed hoc ē singulare in ipso:vt diximus. ¶ Ad quintam rñdetur:ꝙ rō nō facit ad ꝓpositū cōclusionis:tum primo q̄ loquitur de hoībus vsuꝫ habentibus liberi arbitrij:tum scđo quia ꝫ paruulis baptizatis ꝺsint ꝓpria merita:meritū tñ xp̄i:eis subuenit:eo ꝙ per baptismū sunt effecti mēbra xp̄i.



D tertiā.q.qua q̄ritur:vtrū omniū laborantium in vinea dñi:sit vnū remunerationis ꝑmiū:sic ꝓceditur:Et videt ꝙ sic:ex presenti euangelio. ¶ Ubi singuli:q operati sunt in vinea domini:acceperūt singulos denarios.q̄ vt dicit Gregorius Equalē eterne vite retributionē sortiti sunt:Ergo videtur ꝙ oīuꝫ beatoꝝ sit vnū remunerationis premiū. ¶ Secūdo sic. Beatitudo est summū bonum:Sꝫ summo nō pōt esse aliqd maius:Ergo beatitudo vnius hominis:nō pōt esse alia maior beatitudine. Ergo equaliter sunt beati. ¶ Tertio:Sicut quodlibet appetibile ē bonū:ita ⁊ magis bonū. Si ergo aliquis esset beatior alio:minus beato:esset appetibilis beatitudo magis beati:ꝫm rectum appetitum:nec tamen eaꝫ haberet:Ergo nō esset beatus:quia beatus nō dicitur:nisi qui habet omnia:que vult:⁊ nihil mali vult vt dicit Augustinus. ¶ In oppositum est illud Io.xiiij. In domo pr̄is mei multe sunt māsiones per quas vt dicit Augustinus diuerse meritorum dignitates intelliguntur in vita eterna. Itēꝫ dicit Apostolus.i. Corin.xv. Stella differt a stella in claritate:sic etiā et resurrectio mortuoꝝ:Ergo vnus resurgentium maiorem claritatem habebit:q̄ꝫ alius Ergo nō vnum erit omnium sanctorum remunerationis ꝑmiū. Rñdeo dicendum:ꝙ in rōne beatitudinis duo includūtur.s.ipse finis vltimus:qui est summū bonum:⁊ adeptio ⁊ fruitio ipsius summi boni:quātuꝫ ad ipsum summū bonū:quod est beatitudinis obiectū ⁊ causa. Est ergo conclusio:ꝙ oīuꝫ laborantiū in vinea est vnum remunerationis ꝑmium:vna merces:vna beatitudo:qa non est nisi vnū summum bonū.s.deus:cuius fruitione hoīes fiunt beati. Si vero loquimur quātum ad adeptionē hmōi boni:vel fruitioneꝫ:que dicitur beatitudo formaliter:est secunda cōclusio:ꝙ omnium laborantium in vinea domini non est vnum remunerationis premiuꝫ:aut merces:aut beatitudo:quia vnus non potest esse alio beatior:quia quanto magis hoc bono fruitur est beatior. Contingit autem aliquem perfectius frui deo:ex eo:ꝙ est melius dispositus per excellentiora merita. Premiuꝫ eniꝫ respondet merito. Sed constat aliquos eē alijs maioris meriti:Ergo cum beatitudo sit virtutis premium:q̄ꝫ fuerint maioris meriti:habebunt excellentius premiuꝫ. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur:ꝙ vnitas denarij significat vnitatem beatitudinis:ex parte obiecti: Et sic beatitudo est vna omnium vt dicit prima conclusio. Sed diuersitas mansionum significat diuersitatem beatitudinis:secundum diuersum gradū visionis:⁊ fruitiōis.

Deus enim oibus essentiā suam ondit:sed
vnusquisqz eā aspiciet fʒ modū suū. ¶ Ad
scdam rñdetur:vno mō qꝛ rō procedit de
beatitudine ex parte obiecti. Secūdo rñde
tur:loquendo de beatitudine formali que ē
adeptio ipsius summi boni. Negat̄ ɔña:qꝛ
beatitudo hoc modo nō dicitur summū bo
nū:inquātū est summi boni perfecta posses
sio:siue fruitio:nō quia vna non possit esse
perfectior alia ⁊ maior:sicut ignis est subti
lissimus corporū specie:⁊ tamē vnus ignis
altero subtilior esse pōt. Ista beatitudo fm
speciē suā cōsiderata est:vltimū bonū desi
derabilium humanorū:nihilominus nihil
prohibet beatitudinē vnius esse perfectio
rē beatitudine alterius. Si dicas qlibet san
ctus participat deū in summo:⁊ qđ in sum
mo est:est in termino:⁊ qꝫ ē in termino:nō
recipit magis nec minus:ergo oēs equalit̄
participabūt:respōdetur ad hoc:qꝫ ē sum
mū simpliciter:⁊ est summū huic. Dicimus
qꝫ nullus participat in summo simplicit̄:sʒ
in summo sibi. Quilibet enīʒ totū pticipat:
nō quin possit participari plus:sed nō plus
ab ipso:qꝛ nō pōt vltra proficere:⁊ cōten
tus est oīno qꝫ habet. ¶ Ad tertiā rñdetur
negando ɔñam. Dicimus enim qꝫ minus
beatus nō est:appetibilis beatitudo magis
beati. Ratio est:qꝛ in beatis est perfecta ca
ritas. Vñ ibi plus quilibet diligit deum:qꝫ
seipsum. Et ideo magis vult id qđ cōueniē
tius est deo:qꝫ id quod esset melius ei. Et
ideo magis vult diuinam iusticiā saluari in
hoc:qꝫ ipse minus habeat:qđ est deo cōue
nientius:qꝫ in hoc qꝫ plus habeat:qđ esset
sibi melius.

¶ In dñica sexagesime est euangelium. In
illo tempore cū turba plurima ⁊c. Lu. viij.
Circa quod possunt disputari sequētes.q.
¶ Prima est:vtrūʒ conuenienter christus
vsus fuerit in predicatione sua parabolis.
¶ Secunda vtrū parabole ille xpi ɔtineāt
veritatē secūdū sensuʒ literalē.

a Ad primā.q.qua q̄ritur ⁊c. sic p
ceditur:Et videtur qꝫ nō conue
nienter vsus fuerit parabolis in predicatio
ne sua. ¶ Primo sic: Modus loquēdi p
metaphoras ⁊ parabolas:cū sit propriū sci
entie infime:scilicet poetice:nō videtur per
tinere ad doctorem diuine sapientie:que al
tissima est:Sed xps predicabat ⁊ docebat
diuinam sapiētiā:Ergo nō ɔuenient̄ vteba
tur in predicatione sua metaphoris ⁊ para
bolis:qꝛ talis modus ɔuenit poetis. ¶ Se
cundo sic:Christus venit ad docendum ve
ritatē:secundū illud Jo.xviij. Ad hoc veni
⁊ natus sum:vt testimoniū perhibeaʒ veri
tati. Sʒ per parabolas videtur veritas oc
cultari;Ergo nō cōuenienter xps vtebatur
in predicatiōe sua parabolis. ¶ Tertio sic:
Christus ad ostēdendū:qꝫ ipse esset verus
deus:obseruauit modū in miraculis facien
dis:vt nō posset negari:ipsum esse deuʒ:si
ne peccato infidelitatis:fm illud Jo.xv. Si
opera nō fecissez:que nemo alius fecit:pec
catū nō haberent:ergo in predicatione de
buit seruare illum modū:vt maximus ostē
deretur sapiēs:Sed iste modus nō est pa
rabolicus:ergo ⁊c. ¶ In oppo. est euange
liū p̄ns. Rñdeo:d.cendum sub ista ɔclusio
ne:qꝫ xps cōuenienter in predicatiōe ⁊ do
ctrina parabolis ⁊ similitudinibus rerum
corporaliū vsus est. Veritas istius cōclusio
nis colligitur ex multis. Primo:qꝛ predi
cator bonus dʒ formare sermonem suū iux
ta calliditatem ⁊ capacitatē audientiū:vt di
cit Gregorius. Sed naturaliter ē hominis
vt per sensibilia ad intelligibilia veniat:qꝛ
omnis nostra cognitio a sensu initium ha
bet. Unde vt Dionysius dicit in.c.celestis
iera. Impossibile ē nobis aliter elucescere
diuinum radium:nisi varietate sacrorū ve
laminum circūuelatum:Ergo conueniēter
xps illis in sua doctrina ⁊ predicatiōe vsus
est. Secundo colligitur ex eo:qꝫ per huius
modi parabolas absconduntur sacramenta
ab infidelibus ne blasfemēt. Unde Mat.
vij. Dicitur Nolite sanctum dare canibus
xps autem videns:qꝫ multi blasfemabant.
Unde in Belzebub dicebant eum eycere

demonia. Cōuenienter ergo quādoqz visus est parabolis in predicatione sua: Tum tertio: quia per huiusmodi parabolas homines rudes melius docentur: et melius retinent: qꝫ audiunt. Quū ergo predicatio xpi deberet preponi omnibus: ſm illud Ro. i. Sapientibus et insipientibus debitor sum conueniebat vt xps parabolis in sua predicatione vteretur: vt saltem vel sic rudes doctrinā caperent: qui ad intelligibilia capiēda non sunt idonei. Unde notandum: qꝫ triplex distinguitur capacitas auditorū: Quidam enim non nisi in parabolis instruūtur qui adhuc habent rationem totam ad sensum reflexam: et illi dicuntur animales sensu. Quidam habent rationem ad fidei principia aliquantulum in se stantem: et illi capiunt veritatem interpretationis parabolarū. Quidam autem habent rationem ad intellectum diuinorum eleuatam: stantem in lumine: et illi sunt perfecti in veritatis contēplatione: et magistri in diuinis. Primus gradus est ydiotarū turbarum. Secundus discipulorum imbuendorū profitentiū. Tertius perfectorum De primis dicitur. i. Corin. iij. Tanqꝫ paruulis i xpo: lac vobis potum dedi: non escam. Nō enim poteratis intelligere De secundis ad Hebr. c. xij. In disciplina perseuerate: tanqꝫ filijs nobis offert se deus. De tertijs Mat. x. Sufficit discipulo: si sit sicut magister eius Hos. n. tres status innuit hic dominus in euangelio hodierno: duos in discipulos: et vnum in turbis: vt dicit magnus Albertus sup Mat. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiā. Et ratio est: quia scientia poetica: siue poete vtuntur metaphoris: propter representationem. Representatio enim: naturalit homini delectabilis. Sed pdicator bonus eiusmodi sicut xps: vtitur metaphoris pter necessitatem: et vtilitatē: vt dictū ē. ¶ Ad secundam respondetur negando cōsequentiam: Et ratio est: quia licet veritas parabolis vestita occultetur infidelibus: nō tamen fidelibus: quoniam vt ait Dionysius: Radius diuine reuelationis propter figuras sensibiles: quibus circūuelatur: non destruitur sed remanet in sua veritate: vt mentes: quibus reuelatio fit: nō permutantur in similitudinibus remanere: sed eleuat eas ad cognitionem intelligibilium: et per eos qbus reuelatio facta est: alij etiā circa hoc instruūtur. ¶ Ad tertiam respondetur: qꝫ Christus vtendo in predicationibus suis parabolis aliquādo: et aliquando profundis rebus ostendit se sapientissimum predicatorem: qui iuxta capacitatem omnium: predicationē suā formabat.



D secundā. q. qua queritur vtrum parabole ille etc. sic proceditur: Et videtur qꝫ non. ¶ Primo: quia falsum ē: qꝫ verbum dei ad litteram: sit semen: aut ordei: aut tritici. ¶ Secundo: falsum videtur ad literā: qꝫ volucres celi rapiunt verbum dei. ¶ Tertio arguitur idē: qꝫ falsum ad litteram videtur esse: qꝫ spine suffocant verbum dei: ¶ In oppositū est illud Ps. Principium verborum tuorum Ueritas. Respondeo: qꝫ omnes ille parabole sunt vere: ſm sensum litteralem. Pro quo notandum: qꝫ vt dicit sanctus Tho. in vltimo argumento. i. questionis: prime partis Sensus parabolicus: sub litterali continet Nam per voces significatur aliquid proprie: et aliquid figurate. nec est literalis sensus ipsa figura: sed illud quod est figuratū: Non enim cum scriptura nominat dei brachium: est litteralis sensus: quod in deo sit membrum huiusmodi corporale: sed illud quod per hoc membrum significatur. s. virtus operatiua: Sic ad propositum dicimus qꝫ sensus litterales sunt ea: que significantur per istas figurales similitudines: nō ipse figure: Et ita parabole sunt vere: ſm sensum litteralem. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam dicendum. qꝫ ideo cōparatur doctrina Christi semini: quia sicut semen in terram bonam proiectum resur

git multiplicatum: sic verbuz diuinũ in corde deuote receptum: facit multitudinez bonorum operum. Tum etiam quia .iija sunt que iuxta constantinum arguunt bonitatez seminis: si in colore est rubeum: in quantitate sm genus suum est magnum: et si in pondere est in genere suo graue: sic in verbo diuino. Hoc enim est magnum: quia de magnis loquitur rebus. Prouer. ix. De reb⁹ magnis locutura sum. Secundo In colore est exterius caritatis igne rubeum: et interius puritate simile mirabiliter candidum Canti. v. Dilectus meus candidus: et rubicundus. Tertio est pódere intelligendi grauissimum: et omnez excedens intellectuz ad Ro. xi. O altitudo diuinarum sapientie et scientie dei: q̃z incomprehensibilia iudicia eius: et inuestigabiles vie eius. ¶ Ad secũdum dicendum: q͡ verum est: q͡ ij qui figurate intelliguntur per volucres celi comedunt illud: isti sunt demones: qui per volucres celi intelliguntur. tum quia ipsi p peccatum superbie alta sunt petétes. Unde de diabolo scribitur Job. xli. Ipse est rex super omnes filios superbie. tum vt dicit glo. q͡ celestis. i. spiritualis sunt nature: tum q: per aera volitant. Hi enim volucres dicuntur comedere. i. impedire semen dei: quia ipor tunitatem tétationum suarum faciunt sepe perire fructum diuini verbi. ¶ Ad tertiaz similiter rñdetur: q͡ verum est: q͡ diuitie co q͡ cogitationum suarum punctione mentẽ lacerant: per spinas significãtur. Suffocãt. i. impediunt fructum pdicationis. Suffocant enim: vt dicit Gregorius in omelia: q: importunis cogitationibus suis guttur mẽtis strangulant: et bonum desiderium intrare ad cor non sinunt: quasi aditum flatus vitalis necant.

¶ In dominica in quinquagesima est euãgeliuz. Assumpsit Jesus. xij. discipulos etc. Lu. xviij. In quo predicit discipulis suis passionem suam. Circa quod possunt disputari sequẽtes. q.

¶ Prima: vtrum necessariuz fuit xpm pati pro humani generis liberatione.

¶ Secunda: vtrum conueniẽter elegit pati in Hierusalem.

¶ Tertia: vtrum conueniẽs fuit: vt etiã pateretur a gentibus.



D primam sic proceditur Et videtur: q͡ non fuit necessarium pati christum p humani generis liberatione. ¶ Primo sic: Humanum eniz genus liberari nõ poterat: nisi per deum: sm illud ysa. xlv. Deus iustus et saluans: non est preter me Sed in deum non cadit aliqua necessitas: quia hoc repugnaret omnipotentie ipsius Ergo non fuit necessarium pati christum. ¶ Secundo sic: Necessarium voluntario opponitur: Sed christus propria voluntate est passus ysa. liij. Oblatus est: quia ipse voluit. Unde vt hoc ostenderet discipulis: predixit eis passionem multis diebus ante: sicut in euangelio presenti: dicẽs ecce ascendimus etc. Ergo nõ fuit necessariũ ipsuz pati. ¶ Tertio sic: Sicut dicit in Ps. Uniuerse vie dñi misericordia et veritas: Sed nõ videt necessariũ: q͡ pateretur ex parte misericordie diuine: que sicut gratis dona tribuit: ita videtur q͡ gratis debita relaxet: absq3 satisfactione: nec etiam ex parte diuine iusticie: sm quã homo eternã dãnationẽ meruerat: ergo videt non fuisse necessariũ q͡ xps p liberatione hominum pateretur. ¶ Quarto sic: Natura angelica excellentior est q̃z humana: vt p3 p Diony. iiij. de di. no. Sed pro reparatiõe angelice nature: que peccauerat: xps nõ est passus: ergo videtur: q͡ nõ fuit necessariũ xp3 pati: p liberatione humani generis. ¶ In oppo. est euãgeliũ pñs: vbi dr. Ecce ascendimus Hierosolimã et filius hois etc. Ubi ostẽditur: q͡ immutabiliter voluit pati: ergo necessario passus est. Unde ad Hebre. v. dicitur Decebat eũ per passionẽ cõsummare. Ubi dicit glo. Nisi xps pateretur: homo nõ redimeretur: et nõ redẽpt⁹ periret.

Rñdeo: dicendũ: q̄ cũ reparatio humane nature a deo facta sit: dupliciter pōt cōsiderari necessitas. s. ex parte dei: τ ex parte ipsius nature reparāde. Ex parte aũt dei pōt attendi triplex necessitas. Una est necessitas coactionis: τ de ista est cōclusio pma: q̄ nullo mō pōt cadere in deum. Tum q̄ non pōt in deo esse aliquid violentũ: nec eē extra naturā: cũ sit immutabilis: tum q̄ repugnat omnipotentie diuine. Alia est necessitas absoluta. Et hec cadit ĩ deo respectu ipsoꝝ: que in ipso sunt. s. naturā suā cōsequuntur: q̄ impossibile est ea aliter se habere: sicut necessariũ est deũ esse: vel esse bonũ: τ alia hmõi: Et de ista necessitate ponitur cōclusio secũda: q̄ nõ fuit necessariũ xp̄m pati: q̄ talis necessitas absoluta in deo nõ est respectu alicuius effectus: quia non agit ex necessitate nature: sed ex liberalitate voluntatis: Tertia necessitas ē: ex suppositione finis: Et de ista est conclusio tertia: q̄ tali necessitate nõ fuit necessariũ ipsum pati. Pꝫ quia nõ est dicendũ: quin deus: cuius potestati omnia subiacent: potuerit aliũ modum possibilẽ inuenisse ad liberandũ genus humanũ: vt dicit Augu. xiij. de trini. Necessitate vero ex suppositione: q̄ est in ipso. s. p̄scientie: vel voluntatis: que mutari non possunt. Que necessitas vocatur necessitas immutabilitatis: Fuit necessariũ xp̄m pati: τ ē cōclusio quarta. Pꝫ q̄ ipse p̄uiderat: τ p̄ordinauerat naturā humanā reparandā hoc mõ: τ p̄nunciauerat in scripturis sanctis. De qua necessitate dicitur Luce. Ultimo. Hec sunt verba: que locutus sũ vobis: cũ apud vos essem: q̄m necesse est impleri oĩa que scripta sunt τ c̄. Ex parte autẽ hoĩs: similiter pōt considerari triplex necessitas. Una est necessitas absoluta: que est respectu eoꝝ: que naturaliter homini insunt: sicut hominẽ necessariũ est eē risibilẽ: τ alia hmõi: Et sic est quinta cōclusio Nõ fuit necessariũ humanā naturā reparari. Pꝫ: q2 reparatio nõ cōseq̄tur ex p̄ncipijs naturalibus. Alia est necessitas coactionis: Et de tali est cōclusio sexta: q̄ nõ fuit necessariũ humanā naturā reparari: quia talis necessitas nõ fuit in humana natura respectu reparationis: quia deus ad virtutem non cogit. Quarta necessitas est ex suppositiōe finis: sicut necessariuꝫ est hoiem habere nauẽ: si dꝫ ire vltra mare. Et de tali necessitate est cōclusio septima: q̄ necessarium fuit humanā naturā reparari: si ad visionẽ dei admitti debuit Pꝫ ꝯclusio ex illo Jo. iij. Opꝫ exaltari filiũ hoĩs: vt q̄ credit in eũ nõ pereat sꝫ habeat vitā eternā. ¶ Ad rōes in oppositũ. ¶ Ad p̄mā rñdetur negādo ꝯñam. Et rõ est: q2 argumẽtum illud procedit: de necessitate coactionis ex parte dei necessitas talis nõ cadit in deo vt dicit ꝯclusio p̄ma. ¶ Ad secũdam rñdetur negādo ꝯñam. Et ratio est: q2 necessitas: q̄ est ex suppositione volũtatis: imutabilẽ aliquid volẽtis nõ minuit rōnẽ voluntarij: sꝫ auget: τ tāto magis quāto firmius inheret volito vt moueri nõ posset. ¶ Ad tertiā rñdet̄: q̄ hoiem liberari per passionem xp̄i conueniens fuit τ misericordie τ iusticie eius. Justicie quod q2 per passionem suam xp̄s satisfecit pro peccato humani generis: τ ita homo per iusticiam xp̄i liberatus est. Misericordie vero quia cum homo per se satisfacere non posset: pro peccato totius humane nature dedit satisfactorem filiuꝫ suũ: s̄m illud Ro. iij. Justificati gratis per gratiā ipsius: p redemptionem: que est in xp̄o Jesu: quem p̄posuit deus propiciatorem per fidem ipsi9. ¶ Ad quartam respondetur negando cōsequentiam: Et ratio est: quia peccatum angeli nõ fuit remediabile: sicut peccatũ hoĩs.


D secundam. q. sic procedit. Et videt̄ q̄ nõ conuenienter passus ē ĩ hierusalẽ. ¶ Primo sic: Medicina debꝫ morbo rñdere. Sed passio christi fuit medicina contra p̄eccatũ Ade. Adā autẽ nõ fuit sepultus in Hierusalem: sed in Ebron: Ergo videtur q̄ cōuenientius ibi xp̄s pati debuit. ¶ Secundo sic: Christus

passus est sm humanā carnē: que quidem cōcepta fuit ex virgine in Nazareth: et nata in Bethleem: Ergo videtur: q nō in Hierusalē: sed in Nazareth vel in Bethleē pati debuit. Quilibet enim affectat sepeliri in ecclesia natiuitatis sue. ¶ Tertio sic: contra illud: qd passus est extra portā ciuitatis. Ueritas debet rńdere figure: Sz passio xpi figurabatur per sacrificia veteris legis: sed huiusmodi sacrificia offerebātur in tēplo: Ergo et xps ex quo eligebat pati in Hierusalē: debuit pati in tēplo: et nō extra portā ciuitatis. ¶ In oppo. est euāgeliū pńs. Rńdeo: dicendū q couenies fuit xpm pati in Hierusalē. Ista cōclusio patet primo ex illo Lu. xiij. Nō capit prophetam perire extra Hierusalē. Scdo patet ex illo: q dicit Augusti. in libro. lxxxiij. questionū. Oia pp̄ris locis et tēporibus gessit saluator: q: sicut oia sunt in manu eius: ita et omnia loca. Et ideo sicut cōueniēti tēpore xps passus ē: ita et cōueniēti loco. Sit ergo cōclusio: q couenientissime xps in Hierusalē passus est. Que cōuenientia ostēditur ex pluribus. Primo quidē: q: Hierusalē erat locus a deo electus ad sacrificia sibi offerenda. Que quidē sacrificia figurabāt xpi passionem: qd est verū sacrificiū: sm illud ad Ephe. v. Tradidit semetipsum hostiam: et oblationē in odorem suauitatis. Scdo pz: Uirtus passionis xpi ad totū mundū diffundēda erat: ideo i medio terre habitabilis pati voluit. s. in Hierusalē. Uñ dicit in Ps. Deus autem rex noster añ secula operatus est salutē in medio terre. i. Hierusalē: que dicit eē vmbilicus terre. Tertio: q: hoc maxime cōueniebat humilitati eius: vt. s. sicut turpissimū genus mortis elegit: ita et ad eius humilitatē pertinuit: q in loco iam celebri cōfusionem pati nō recusaret. Uñ dicitur Act. iiij. Cōuenerūt i ista ciuitate aduersus puerum sanctū tuū Jesum: quē vnxisti Herodes et Pontius Pylatus cum gentibus et populis israel. Quinta cōuenientia accipit ex interptatiōe. Interpretatur enim Hierusalem visio pacis. Et ad hoc eniz pati voluit vt nos deo recōciliaret ad Ro. v. Recōciliati sumus deo: per mortē filij eius. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad pmā rńdetur negando pñam: Et rō est: q: cum xpi passio nō solū erat in remediū ptra peccatū personale Ade: sed cōtra peccatū totius mūdi: pueniētius xps pati elegit in Hierusalem: q: iuxta sepulchrū Ade. ¶ Ad scdam rńdetur negādo pñam rōnibus assignatis: quare couenienter pati i Hierusalē xps elegit. ¶ Ad tertiā rńdetur: q xps nō in tēplo aut in ciuitate: sed extra portā passus est couenientissime pp̄ter tria. Primo quidē: vt veritas rńderet figure. Nā vitulus: et hircus: q solēnissimo sacrificio ad expiationē totius multitudinis offerebant extra castra: comburebātur: vt precipit Leuitici. xvi. Uñ dicitur ad Hebre. xiij. Quorū animaliū infert sanguis pro peccato in sancta: per pōtificē horū: etiam corpora cremabātur extra castra. Propter quod Jesus vt sanctificaret populū: extra portam passus est. Scdo vt per hoc daret exemplū nobis exeūdi a mundana cōuersatione. Uñ ibidem subdit. Exeamus igitur ad eum extra castrum: improperium eius portantes. Tertio vt Criso. dicit in sermone de passiōe. Noluit deus pati sub tecto: non in templo iudaico: ne iudei subtraherent sacrificiū salutare: nec putares pro illa tantū plebe ablatum. Et iō foras ciuitatem: foris muros: vt scias sacrificiū esse commune: quod totius terre ē oblatio: quod communis est purificatio.



D tertiā. q. sic pceditur. Et videtur q nō fuit couenies q xps pateretur a gentibus. ¶ Primo sic. Multi per mortem Jesu xpi hoies erāt a peccato liberandi: videtur conueniēs vt paucissimi in morte eius peccarent. Peccauerunt autez in morte eius iudei. Ex quorū persona dicit Mat. xxi. Hic est heres: venite occidamus eu: ergo videt pueniēs fuisse: q in pctō occisiōis Jesu xpi gētiles

nõ implicarent. ¶ Scḋo sic. Ueritas debz
rñdere figure: Sz figuralia sacrificia vete-
ris legis nõ gentiles: sed iudei offerebãt: er-
go nec passio xp̄i: que fuit veruz sacrificiuz
impleri debuit per manus gentiũ. ¶ Ter-
tio sic. Iudei querebãt interficere xp̄m: q2
dicebãt euz esse cõtra legẽ iudeoꝝ. Uñ ipsi
dicebãt. Secũdũ legẽ dz mori: Sed pecca-
ta quecũqz: puniũtur ꝺm legẽ Leui. ij. Uñ
falsuz videnṫ dixisse iudei dicẽtes. Nõ licz
nobis interficere quenqz: Ergo videṫ ꝙ
xp̄s pati nõ debuit nisi a iudeis. ¶ In op-
posi. est euãgeliũ pñs: cum ait tradent eum
gentibus. Rñdeo dicendũ ꝙ ꝯueniẽs fuit
ꝙ xp̄s etiã a gentibus pateretur. Ista ꝯdu-
sio ostenditur ex ꝓcessu effectus passionis
xp̄i: qui in ipso modo passionis xp̄i fuit pre-
figuratus. Primo enĩ passio xp̄i effectum
salutis habuit in iudeis: quoꝝ plurimũ in
morte xp̄i baptizati sunt vt pz Act. ij. ⁊ iij.
Scḋo vero iudeis ꝑdicantibus effect⁹ pas-
sionis trãsiuit ad gentes. Et ideo cõueniẽs
fuit vt xp̄s a iudeis pati inciperet: ⁊ postea
iudeis tradẽtibus per manus gẽtiũ: eius
passio finiretur. ¶ Ad rõnes in oppositũ.
¶ Ad p̄mam rñdetur: ꝙ ratio nõ militat.
Et rõ est: quia xp̄s ad ostendendũ habũdã-
tiam caritatis sue: ex qua patiebaṫ: in cruce
positus veniã pro persecutoribus postula-
uit. Ut autem huiusmodi petitionis fruct⁹
ad iudeos ⁊ gẽtiles perueniret: voluit xp̄s
ab vtrisqz pati. ¶ Ad secũdam respõdetur
negãdo ꝯñam. Et ratio ẽ: ꝙ passio xp̄i fuit
oblatio sacrificij: inquãtuz xp̄s propria vo-
luntate morte sustinuit: ex caritate. Inquan-
tum aũt a persecutoribus est passus: nõ fuit
sacrificium: sed peccatũ grauissimũ. ¶ Ad
tertiam dicendum: ꝙ iudei verum dixerũt
dicentes: nõ licet nobis interficere quenqz:
quia per romanos: quibus erant subiecti:
erat eis potestas occidendi interdicta.

¶ In dominica prima in quadragesima ẽ
euãgelium. In illo tempore ductus est Je-
sus in desertum vt tentaretur a diabolo.
Mat. iiij. Et quia in hoc euangelio fit mẽ-
tio de duobus: de ieiunio: ⁊ tentatione xp̄i:
possent hec. q. disputari.

¶ Prima: vtrũ ad ieiuniũ quadragesime
oẽs teneanṫ. ¶ Secũda: est vtꝝ ieiuniũ q̄-
dragesime debito tp̄e obseruet. ¶ Tertia:
est vtrũ ꝯueniẽs fuit xp̄z a diabolo tentari.



D p̄mã. q. sic ꝓcediṫ. Et vi-
detur ꝙ oẽs teneanṫ ad ieiu-
niũ q̄dragesime. ¶ Primo
sic ex euãgelio. Christus ieiu-
nauit. xl. diebus. ⁊ xl. noctib⁹
sed oẽs eũ imitari debẽt ꝺm illud Jo. xiij.
Exẽplũ enĩz dedi vobis vt queadmodum
ego feci vos faciatis: Ergo oẽs ad ieiuniuz
xl tenẽtur. ¶ Scḋo sic. Precepta ecclesie
obligãt sicut ꝑcepta dei. Uñ xp̄s aiͭ Lu. x.
Qui vos audit me audit: Ergo similit oẽs
teneñt ad seruanda ieiunia ab ecclesia insti-
tuta: inter que ẽ ieiuniũ q̄dragesime: vt ha-
beṫ de conse. di. iij. Nõ licet. ⁊ c. Nõ opor-
tet. ¶ Tertio sic. Illud qḋ vtiliṫ statutũ est:
nõ pōt sine nocumẽto relaxari: Sz nõ sine
vtilitate statutũ ẽ. xl. ieiuniũ: ergo ñ pōt sine
nocumẽto aliquo ꝑ dispẽsationem relaxari.
¶ Quarto sic: Dicit Bernar. li. ḋ dispẽsa-
tiõe ⁊ ꝑcepto. In ꝑcepto superioris nõ pōt in-
ferior dispensare: Sed quelibet singularis
persona est inferior q̄z ecclesia. que ieiuniũ
quadragesime sub precepto statuit: nisi for-
te papa: qui est caput ecclesie: Ergo nullus
alius pōt in ieiunio quadragesime dispẽsa-
re: ⁊ per consequens omnes ad illud tenen-
tur. ¶ In oppositum sic arguiṫ. Dicit In-
no. ꝙ nõ subiacet legi necessitas: ergo neces-
sitate imminẽte pōt aliquis sine peccato ie-
iuniũ. xl. ⁊ quodcũqz aliud ab ecclesia insti-
tutuz pretermittere per dispensationẽ. Itez
Precepta legis naturalis nõ possunt p alia
quod statutum immutari. Sed preceptuz le-
gis naturalis est: vt homo ad necessitatẽ ci-
bũ sumat: ergo si necessitas exposceret: pos-
set ieiunij abstinentiam nõ seruare. ¶ Rñ-
deo: dicendum sub ista cõdusione: ꝙ ad ie-
iunium. xl. cõmuniter omnes tenẽtur: nisi in
eis fuerit aliquod speciale impedimentum.

Pro cuius conclusionis euidentia est notãdum: q statuta cõmunia pponuntur: sm q multitudini conueniunt: Et ideo legislator i eis statuendis attendit id: quod cõmuniter et in pluribus accidit. Si quid autem ex speciali causa in aliquo inuenitur: q obseruãce statuti repugnet: nõ intendit talem legislator: ad statuti obseruantie obligare. Est autem distinctio adhibenda. Naz si causa euidens est: per seipsum licite potest homo statuti obseruantiam preterire: presertim õsuetudine interueniente: vel si nõ posset de facili recursus haberi ad superiorem. Si vero causa sit dubia: debet ad superiorem recurrere: qui habet potestatem in talibus dispẽsandi: Et hoc est obseruandũ in ieiunijs ab ecclesia institutis: ad que cõmuniter omnes obligantur: nisi in eis fuerit: vt dictum ẽ: aliquod speciale impedimentum. Ex istis eliciuntur multa correlaria. Primum est: q q pueri indigent multo cibo: et nõ simul sumpto: q̃zdiu sunt in statu augmenti: Tempus autem augmenti sm Philosophũ est vsqz ad finem tertij septẽnij: vt in pluribus: non teneãtur ad ieiunia instituta ab ecclesia. Cõueniens tamen est: vt in hoc tempore se ad ieiunandum exerceant: plus vel minus: sm modum etatis sue: et possibilitate m. Secundum correlarium est: q peregrinãtes: et laborantes: qui sine incõmodo et detrimento salutis: vel deterioris status: qui requiritur ad conseruationem corporalis vel spiritualis vite: deferre non possunt peregrinationem: aut diminuere labores: et simul cũ hoc non possunt ecclesie ieiunia obseruare non obligantur ad huiusmodi ieiunia. Videtur tamen in talibus recurrendum esse ad superioris dispensationem: nisi forte vbi ita ẽ consuetum: quia ex hoc ipso: q prelati dissimulant videntur annuere. Ternum correlarium: pauperes qui nõ possunt sufficienter habere: quod eis sufficiat ad vnaz refectionem: videntur excusari a ieiunijs ecclesie. Quartum correlariũ: cursores: quorũ vsus est dominis necessarius: si non possunt simul currere et ieiunare: excusari videntur: secus quando morantur et vadũt. Quintũ correlarium mulieres pregnãtes: et mulieres lactantes. si necessitas debilitatis corporalis impediat eas: non tenentur ieiunare. Sextum correlarium: senes infirmi et debiles: etiam excusantur a ieiunijs hmõi. Sed pro quãta debilitate arbitrio boni viri stãduz est. ¶ Ad rationes in oppositũ. ¶ Ad primaz respondetur concedẽdo: q omnes tenentur obseruare illa ieiunia. xl. sm possibilitatem suam: et nisi in eis occurrerit aliquod speciale impedimentum: vt dictum ẽ. ¶ Ad secũdam rñdetur negando õñam: Et ratio est: quia precepta dei sunt de eis: q̃ sunt de necessitate salutis: Et ideo in quolibet casu obseruari illa oportz. Sed ꝑcepta ecclesie q̃zuis vim obligandi habeãt ex auctoritate precipientiuz: non tamen semꝑ obligant: ꝑpter materiam in qua preponũtur in qua possunt plura impedimenta occurrere. ¶ Ad tertiam respondetur negando assumptũ. Dicim⁹ enĩ: q id: qd̃ sm vniuersitatẽ q̃ vt in plurib⁹ accidit. istitutũ ẽ hoc: ꝑꝑ necessitatẽ: aliquo casu emergẽte: vtilit̃ dimittit: sicut in proposito. ¶ Ad q̃rtã rñdet: q nõ militat: q: inferior põt dispẽsare in ꝑcepto supioris: qñ dispẽsatio sibi a supiori relinquit: sic̃ hic vt dictũ ẽ supra.

a De scdaz. q. sic ꝑcedit. Et vr q ñ dbito tpe. xl. ieiuniũ celebret.

¶ Primo sic. Legislator noui testi xp̃s q̃dragesimã ieiunauit: et illã stati post baptismũ legit ichoasse: Mat. iiij. Si ergo nos i actib⁹ nr̃is xp̃o õformari dẽmus: stati post epiphaniã: qñ baptism⁹ xp̃i celebrat: dẽremus. xl. ieiuniũ ichoare. ¶ In oppo. ẽ vniuersalis ecclesie õsuetudo. Rñdeo dicẽdũ: q. xl. ieiuniũ dbito tpe fuit istitutũ. Pro q̃ not. idũ: q ieiuniũ ad duo ordinat. s. ad dletionẽ culpe: et ad eleuationẽ mẽtis: ad supna. Et iõ illis tpib⁹ fuerũt ieiunia idicẽda: i quibus oportebat hoies a pctõ purgari: et mẽtẽ fideliũ eleuare in deũ: p deuotionez. Qd̃ qdez ꝑcipue iminet añ paschalẽ solẽ-

nitatē: in qua ꝛ culpe per baptismū relaxen-
tur: qui solēniter in vigilia pasche celebrat
qñ recolit dominica sepultura: q p baptis-
mū ꝯsepelimur xpo in mortē: vt dicitur ad
Ro. vi. In festo etiā pasche maxime opor-
tet mētē hōs per deuotionē eleuari ad eter-
nitatis gloriā: quā xps resurgendo inchoa-
uit. Et ideo imediate añ solēnitatē paschalē
ecclesia statuit hoc ieiuniū obseruandum.
¶ Ad rōnes in oppo. rñdetur negādo cō-
sequētiam. Et rō est: q xps nō ieiunauit: q̄si
ipse ieiunio indigeret. Sz vt ad grām eius
suscipiendā exēplo sui ieiunio nos pparā-
ret. Et ideo post baptismū suū, in quo pleni-
tudo gratie ipsius declarata est testimonio
patris: ꝛ spūs: ꝛ etiam Jo. bap. decebat: vt
exēplum ieiunij sui nobis pponeret. No-
bis autē competit ieiuniū: vt pparemur ad
suscipiendā gratiā ipsius: Et q sacramenta
gratie eius: pcipue pponūtur circa festū pa-
schale: ideo imediate añ solēnitatē pascha-
lē: quadragesimale ieiuniū impletur: Et etiā
q tēpus veris: qd tunc incipit: maxime est
ꝯcupiscētie aptū. Et q significat: q ad glo-
riā resurrectionis per tribulatiōes vite pñ-
tis venimus: sicut ꝛ xps per passionem.



D tertiā. q. sic pceditur. Et
videtur q nō fuit cōueniens
christum tentari a diabolo.
¶ Primo sic. Tētare est ex-
perimētū sumere: qd quidem
non fit: nisi de re ignota. Sed virtus christi
erat etiā demonibus nota Dicit enim Lu.
iiij. q xps nō sinebat demonia loqui: q scie-
bant ipsum esse xpm: Ergo videtur q non
fuerit cōueniens xpm tētari. ¶ Secūdo sic.
Ad hoc xps venerat: vt opera diaboli dis-
solueret: sm illud Joā. iij. In hoc apparuit
filius dei: vt dissolueret opera diaboli: Sz
nō est eiusdē dissoluere opera alicui⁹: ꝛ ea
pati: ergo videt incōueniens fuisse: q xps
pateret se tētari a diabolo. ¶ Tertio Tri-
plex est tētatio. s. a carne: a mundo: ꝛ a dia-
bolo. Sed xps non fuit tētatus nec a carne
nec a mūdo: ergo etiā nec debuit tentari a
diabolo. ¶ Quarto: Uis xpi actio est no-
stra instructio: Ergo xps permittēdo se tē-
tari a diabolo: videt dare nobis viā: q ex-
hibeamus nos tētationibus: qd est incautū
valde: Ergo ꝛc. ¶ Preterea hic arguitur
ꝯtra aliqua: que dicūtur in littera euāgelij
Et primo ꝯtra illud: q diabolus assumpsit
xpm supra pinnaculū: vel in montē: excelsū.
Hoc enim audire humane horrescunt au-
res: Ergo nō videtur cōueniēs. ¶ Quinto
Nō videt possibile: q xps supra pinnacu-
lū tēpli stari potuerit: qui ab alijs videret
Itē nec aliquis mons tā altus inuenitur: vt
inde totus mūdus inspici possit: ꝛ sic et eo
nō potuerūt xpo omnia regna mūdi ostēdi.
Ergo videt q incōueniēter tētatio xpi de-
scribat: ¶ In oppo. ē euāgeliū pñs. Rñ-
deo dicendū: q cōueniens fuit xpm se per-
misisse tētari a diabolo. Que cōclusio ostē-
ditur ex multis. Primo vt nobis ꝯtra ten-
tatiōes auxiliū ferret. Vñ Gregori⁹ i ome-
lia. Nō erat indignū redēptori nostro q tē-
tari voluit: qui venerat etiam occidi: vt sic
tentatiōes nostras suis tētationibus tēpora-
libus vinceret: sicut mortē nostrā sua mor-
te superauit. Scdo propter nostrā cautelā:
vt nullus quātūcūqz sanctus: se existimet se-
curū ꝛ immunē a tentatiōe. Vñ etiā post
baptismū tētari voluit quia sicut hylari⁹ di-
cit sup Mat. In sanctificatis maxime dia-
boli tentamēta crassantur: quia victoria ma-
gis est ei d sanctis exoptāda. Vñ Ecclesia.
ij. dicit. Fili accedēs ad seruitutem dei sta
in iustitia: ꝛ timore: ꝛ prepara animam tuā
ad tentationē. Tertio propter exēplum vt
s. nos instrueret: qualiter diaboli tentatiōes
vincamus: vt Augustinus dicit. iiij. de trini.
Quarto vt nobis fiduciam de sua miseri-
cordia largiretur. Vñ dicitur ad Hebre.
iiij. Non habemus pontificē: qui non possit
compati infirmitatibus nostris. Tentatum
autē per omnia pro similitudine absqz pec-
cato. ¶ Ad ratiōes in oppo. ¶ Ad primā
rñdetur negando minorem. s. q virtus xpi
esset certitudinaliter nota demonibus sicut

dicit Augusti.ix.de ciui.xps tm̄ innotuit demonibus quātū voluit:nō per id q̄d est vita eterna:sed per quedā tēporalia sue virtutis effecta:ex quibus quandā coniecturam habebant:xp̄m esse filiū dei. Sed quia rursus quedā signa in eo humane nature infirmitatis videbant:non pro certo cognoscebant eū esse filiū dei. Et ideo diabolus eum tētare voluit. Et hoc significatur Mat iiij. vbi dicitur:q̄ postq̄z esuriit:accessit tētator ad eū:quia vt dicit Hylarius tentare xp̄m diabolus nō fuisset ausus:nisi i eū p̄ q̄d esuriei infirmitatē:que sunt hoīs:recognosceret. Et idem dicit Gregorius. ℂ Ad secundam rn̄detur negando p̄nam. Et ratio ē:q: xp̄s venerat dissoluere opera diaboli:non potentia agendo:sed magis ab eo:τ eius mēbris patiendo:vt sic diabolū vinceret:iusticia:nō potestate. ℂ Ad tertiam rn̄detur negādo p̄nam. Et rō ē:q: xp̄s sicut dicit. Apostolus in oībus tētari voluit absq̄z peccato. Tētatio aūt que est ab hoste potest esse sine peccato:quia fit per solā exteriorē suggestionē. Tentatio autē que est a carne:nō pōt eē sine peccato:q: hec tentatio fit per delectationē τ cōcupiscentiā:τ sicut Augustin⁹ dicit. Nōnullū peccatū est:cum caro cōcupiscit aduersus spiritū. Et ideo xp̄s tētari voluit ab hoste:nō a carne. ℂ Ad quartā rn̄detur negando p̄nam:cū̄ dicit q̄ oīs actio xp̄i τc. Rn̄detur:q̄ aliqua in xp̄o imitari debem⁹:τ aliqua mirari:quecūq̄z sunt opera virtutum imitari debemus:que aūt sunt potestatis nō imitari debemus:sed mirari: Et istud est vnū de illis. Vn̄ nos nostre infirmitatis cōscii:nō debemus nobis facere tētationū occasiones. ℂ Ad quintā:de illo a quo diabolus assumpsit xp̄m:rn̄detur q̄ vt dicit Albertus magnus sup Mat. quidā sanctorū vident dicere q̄ assumpsit eū portādo super se corporaliter assumpto corpore vt dicit Gregorius in omelia. Nec ē mirū si se ab illo permisit i montē duci:qui se permisit a mēbris ipsius crucifigi. Sed Criso. dicit q̄ assumpsit eū: ducendo post se:τ ita exhortādo iduxit eū ad hoc:vt iret post eū:τ xp̄s ex dispositione sue sapientie iuit cū eo:vbi ille cupiebat eū habere ad tētandū. Vnde dicit sanctus Tho. cū dicitur assumptus a diabolo:nō intelligitur q̄si ex necessitate:sed quia:vt Origenes dicit sup Lu. sequebat eū ad tentationē:quasi athleta sponte procedens. ℂ Ad sextā rn̄detur:primo q̄ sicut dicit Criso. diabolus sic xp̄s assumebat in pinnaculū templi vt ab oīb⁹ videretur. xp̄s aūt nesciēte diabolo sic agebat:vt a nemine videretur. Secūdo aūt consequenter dicitur de monte excelso τc. nō est intelligendum q̄ videret ipsa regna:vel ciuitates:vel populos:vel aurum:vel argentum:sed partes:in quibus vnūquodq̄z regnum:vel ciuitas posita est:diabolus xp̄o digito demonstrabat:τ vniuscuiusq̄z regni honores:τ statum verbis exponebat.

ℂ In dominica secunda quadragesime. legitur euangelium illud.

ℂ In illo tempore Assumpsit Jesus Petrum τ Joannem τc.

ℂ Math. vij. Circa quod possunt disputari sex questiones.

ℂ Prima:vtrum conueniens fuit christus transfigurari.

ℂ Secunda:vtrum conuenienter ibi fuerint inuenti testes transfigurationis. Moyses Helyas τ Petrus τ Jacob⁹ τ Joānes.

ℂ Tertia:vtrū errauerit Petrus dicens bonū est nos hic esse:τ petēs tria tabernacula fieri:Christo vnum:Helye vnum τ Moysi aliud.



D primam.q.sic proceditur. Et videtur q̄ non fuit conueniens christuz transfigurari. ℂ Primo sic. Non enim cōuenit vero corpori vt in diuersas figuras mutetur. Sed corpori fantastico. Corpus autem xp̄i non fuit fantasticū sed verum:Ergo transfigurari non debuit. Si dicatur:q̄ transfiguratio dicitur claritatis assumptio:ctra sic. Figura est in quarta specie qualitatis:Claritas autem ē in ter

ria:cum sit sensibilis qualitas: Ergo assum
ptio claritatis a xpo träsfigurari dici nõ dz.
¶ Tertio. Impossibile est: q idẽ corp⁹ sit
simul opacũ & lucidum: Sed sm rei verita
tẽ: corpus xpi opacũ erat: Ergo claritas nõ
inerat ei sm veritatẽ. ¶ Quarto sic. Cor-
poris gloriosi sunt quatuor dotes. s. impassi
bilitas: agilitas: subtilitas: & claritas: Sed p
assumptionem aliarum trium non dicitur
transfiguratus: Ergo nec per assumptionẽ
claritatis. ¶ In oppositũ est euangelium p
sens. Rñdeo dicendũ: q cõueniẽs fuit xpz
transfigurari. Que conclusio ostẽditur sic.
xps discipulis suis pnũciata sua passiõe in
duxerat eos ad sue passionis sequelã. Opz
autẽ ad hoc: q aliquis directe procedat in
viã: & qd finẽ aliqualiter pcognoscat: sicut
sagittator nõ recte iaciet sagittã: nisi prius si
gnũ prospexerit: in quod iaciendũ ẽ: & hoc
precipue est necessariũ: quãdo via ẽ diffici
lis & aspera: & iter laboriosũ: finis vero io
cũdus. xps per suam passionem ad hoc p-
uenit vt gloriã obtineret: nõ solum anime:
quã habuit a principio conceptionis: sz etiã
corporis: sm illud Lu. vltimo Oportuit pa
ti xpm: & ita intrare gloriam suã. Ad quã
gloriam etiã perducit eos: qui vestigia sue
passionis sequũtur sm illud Act. xiiij. Per
multas tribulationes oportet nos intrare
in regnum celorum. Et ideo cõueniens fuit
vt discipulis suis gloriam sue claritatis ostẽ
deret: quod est ipsum träsfigurari: cui suos
cõfigurabit: sm illud Phi. iij. Reformabit
corpus humilitatis nostre: cõfiguratum cor
pori claritatis sue: vt sic animarentur ad se
quẽdum xpm in acerbitate passionis: vt er
go istam felicitatis constantie fortitudinẽ to
to apostoli corde conciperent: & nihil de sus
cipiende crucis asperitate formidarent: cla
ritatem illis sue glorie demonstrauit. Un-
de Beda dicit super Mat. Pia prouisio-
ne factum est: vt contẽplatione supermanẽ
tis gaudij ad breue tempus deriuata fort⁹
aduersa tollerarent. ¶ Ad rationes in op

positum. ¶ Ad pmam rñdetur: q nõ pce
dit: quia xps nõ dicitur träsfiguratus: q p
stinam formã: aut faciem: aut corporis veri
tatẽ perdidisset. Unde Hiero. sup Mat.
dicit. Nemo putet xpm per hoc: q transfi-
guratus dicitur: pristinam formã: & faciem
perdidisse: vel amisisse corporis veritatẽ:
& assumpsisse corpus spirituale: vel aereũ.
Sed quõ transfiguratus sit euangelista de
monstrat dicens. Resplenduit facies sicut
sol: vestimenta aũt eius facta sunt alba sicut
nix. Ubi splendor faciei ostenditur: & cãdor
describitur vestium: nõ substantia tollit: sed
gloria cõmutatur. ¶ Ad secũdam rñdetur
negando cõsequẽtiam: Et ratio est: quia fi-
gura circa extremitatem corporis conside-
ratur. Est enim figura: que termino vel ter
minis comprehenditur: Et ideo omnia illa: q
circa extremitatẽ corporis cõsiderantur: ad
figurã quodãmodo pertinere videntur. Si
cut aũt calorita & claritas corporis nõ träs
parentis in eius superficie attẽdit. Et ideo
eius assumptio claritatis: transfiguratio di
citur. ¶ Ad tertiam respondetur negando
assumptum: quoniam nõ est inconueniẽs:
q id quod in se est opacum intrinsecus ha
beat claritatẽ in superficie vel exteriore: si
cut est corpus politum: vel etiam ex alio ex
trinseco superinducto: sicut ex reuerbera-
tione solis: vel alicu⁹ huiusmodi. Et sic fuit
claritas in christo: non q supinducta ex
aliquo corpore superlucente: sed miraculo-
se ab ipso deo vt dicit sanctus Tho. in ter-
tio. ¶ Ad quartam respondetur negando
consequentiam: Et ratio est: quia non est si
mile de dote claritatis: & de alijs dotibus:
quia inter alias: claritas est qualitas ipsius
persone in seipsa. Alie vero tres dotes nõ
participant nisi in aliquo actu vel motu seu
passione. Ostendit igitur xpo in seipso ali-
qua aliarum dotium indicia: puta agilitatẽ
cum super vndas maris ambulauit. Subti
litatis: quãdo de clauso vtero virginis exi
uit. Impassibilitatis: cuz de manibus iudeo

rum precipitare: vel lapidare eũ volentiũ: illesus euasit. Nec tamen propter illas trãsfiguratus dicitur: sed per solam claritatẽ: q̃ pertinet ad aspectum persone ipsius. ¶ Circa quã claritatem: nota: q̄ claritas illa: quã xp̄s in trãsfiguratione assumpsit: fuit claritas glorie: quãtum ad essentiam: nõ quãtuz ad modũ essendi. Claritas enim corporis gloriosi deriuatur ab anime claritate: sicut dicit August. in epistola ad Dioscoruz. Et similiter claritas corporis xp̄i in transfiguratione deriuata est a diuinitate ipsius: vt Damas. dicit: et a gloria anime eius: quaz a principio conceptionis habuit. Quod enĩ a principio conceptionis christi gloria anime non redundaret in corpus: ex quadam dispensatione diuina factum est: vt in corpore passibili: nostre redemptionis expleret misteria: Et eodem modo ex diuina ordinatione factum est: vt gloria anime redũdaret in corpus: in hora transfigurationis: vt ostenderet discipulis gloriam future resurrectionis: vt dictum est.



d secundam. q. sic proceditur. Et videtur: q̄ nõ conuenienter ducti sunt testes trãsfigurañõis. ¶ Primo sic. Unusquisq3 enim maxime perhibere põt testimoniuz de notis. Sed qualis eẽt futura gloria tempore transfigurationis christi: nulli hominũ per experimentum erat adhuc notum: sed solis angelis: Ergo cõuenientius angeli debuerunt duci testes trãsfigurationis q̃z homines. ¶ Secũdo sic. Testes veritatis nõ decet aliqua fictio: Sz ẽm veritatez Moyses et Helias non fuerunt ibi vere sed imaginarie: vt dicit quedam glo. Lu. ix. Ergo nõ fuerunt conuenientes testes. ¶ Tertio ẽm quod dicitur Act. iiij. Omnes prophete testimoniuz perhibent de xp̄o: Ergo nõ solum Moyses et Helyas debuerunt interesse tanq̃z testes: sed etiam omnes prophete. ¶ Quarto sic. Gloria christi fidelibus omnibus repromittitur: quos per suaz transfigurationem ad illius glorie desideriũ ascendere voluit. Non ergo solos Petrum et Joannem et Jacobum in testimonium sue transfigurationis assumere debuit: sed omnes discipulos. ¶ In oppositum est presens euangelium. Respondeo dicendum sub ista conclusione: q̄ conuenienter sunt predicti testes ducti in testimonium transfigurationis christi. Ista conclusio declaratur sic. Christus transfigurari voluit vt gloriam suam ostenderet hominibus: vt ad eam desiderandam homines prouocaret. Ad gloriam autem eterne beatitudinis adducuntur homines per christum: non solum qui post eum fuerunt: sed etiam qui eũ predecesserunt. Unde eo ad passionem p̄parante tam turbe que sequebãtur: q̃z que precedebant: et clamabant osanna: vt dicitur. Math. xvij. quasi salutem ab eo petentes: Et ideo conueniens fuit: vt de precedẽtibus ipsum: testes adessent. s. Moyses et Helyas: et de sequentibus vt petrus Jacobus et Jo. vt in ore duorum vel trium testimonium staret oẽ verbum. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est: quia christus per suam transfigurationem manifestauit discipulis corporis gloriam: q̃ ad solos homines pertinet. Et ideo conuenienter non angeli: sed homines pro testibus ad hoc inducuntur. ¶ Ad secundam respondetur negando minorem. Dicimus enim q̄ in rei veritate fuerũt adducti Helias de loco quodam eminenti: ad quez fuerat raptus: vt habetur. iiij. Regũ. c. ij. Et sic apparuit in corpore et in anima. Moyses vero adductus est de limbo patruz: nõ quia resurrexerit: sz q̄ anima apparuit ibi in corpore sibi aptato: sicut apparẽt angeli in corporibus assumptis. ¶ Ad glosaz aũt inductã dr̃: q̄ illa dicit sumpta de libro: q̃ intitulat̃ de mirabilib9 sacre scripture: q̃ nõ ẽ liber autẽticus: sz false ascribit̃ Augustino

Vñ illi glo. nõ est standũ. ¶ Ad tertiã rñdetur negando ꝯñaꝫ. Licet enim omnes ꝓphete testimoniũ xp̄o reddant: nõ debuerunt propter hoc interesse transfigurationi xp̄i: sed sufficiebãt iste due persone: que capita sunt prophetarũ: que singulariter inter alios inducte sunt: Tum primo quia eni turbe dicebat xp̄m esse helyã: alij Hieremiã: aut vnum ex ꝓphetis. Capita ꝓphetarum secum duxit: vt saltem hinc appareat differentia seruorũ ⁊ dñi. Tuꝫ secũdo: ꝙ Moyses legem dedit. Helias pro gloria dei emulator fuit: s̄m qd̄ de eo scribitur .iij. Regũ. xix. Zelo zelatus sum ꝓ dño exercituuꝫ. Vñ propter hoc: ꝙ simul cũ xp̄o apparent: excluditur calũnia iudeorũ accusantiũ xp̄m: tanquaꝫ legis transgressorem: ⁊ blasfemum. dei gloriã sibi vsurpantẽ. Tũ tertio vt ostenderet se habere potestatẽ mortis ⁊ vite: ⁊ esse iudicẽ mortuorũ ⁊ viuorũ: ꝑ hoc ꝙ Moysem iaꝫ mortuũ ⁊ Helyã adhuc viuentẽ secum ducit. ¶ Ad quartã rñdetur negando ꝯñam. Et rõ est: quia misteria nõ sunt omnibus exponenda immediate: sꝫ per maiores suo tẽpore ad alios debẽt deuenire. Et ideo vt Criso. dicit assumpsit tres tanquaꝫ potiores. Nam petrus excellens fuit in dilectione: quã habuit ad xp̄m: ⁊ iterum in potestate sibi cõmissa. Joãnes vero in priuilegio amoris: quo a xp̄o diligebatur propter suã virginitatem: ⁊ propter prerogatiuã euangelice doctrine. Jacobus aũt propter prerogatiuam martirij. Fuit enim primus ante alios discipulos passus martiriũ ꝑpt xp̄m.

AD tertiam .q. sic proceditur. Et videt̄ ꝙ petrus nõ errauerit: dicendo bonum ẽ nos hic eẽ: vel petẽdo tria tabernacula ⁊c̄. ¶ Primo sic. Dicit glo. Bene nouerat: ꝙ diceret: dũ ait bonũ est nos hic esse: quia reuera solum hominis bonũ est intrare in gaudiũ dñi sui: ⁊ huic in eternũ cõtẽplando assistere. ¶ Secũdo sic. Dicit̄ in Ps. Adherere deo bonũ est: Sꝫ hoc dicit Petrus: Ergo nõ errauit. ¶ In oppo. videt̄ illud ꝙ Marcus ⁊ Lucas dicũt. ꝙ Petrus hoc dicens nesciebat quid diceret. Rñdeo dicendũ: ꝙ i hoc Petrus dicitur errasse multipliciter: vt colligitur ex glo. sanctorũ patrũ. Primo in hoc ꝙ credidit ꝙ in solo aspectu humanitatis xp̄i consisteret beatitudo. Et ideo illud sufficere pro finali beatitudine: quod nõ ẽ verum: quoniã beatitudo essentialis ꝯsistit in aspectu claro ipsius diuinitatis: ⁊ perfecta eius fruitione. Accidentaliter autem consistit in aspectu humanitatis christi: ⁊ delectatione consequente. Isti autem apostoli ꝙ admissi fuerũt ad transfigurationẽ: nõ viderunt ipsius diuinitatem: sed tantuꝫ eius humanitatem in forma gloriosa. Unde verba Petri non erant rationabilia: quia in solo aspectu humanitatis christi: nõ consistit beatitudinis essentia: vt dictũ est. Secundo dicitur errasse: siue male dixisse: quia credidit in hoc esse gloriam sanctorum: que non est hic: sed in celis: s̄m illud Lu. x. Gaudete: ⁊ exultate: quia merces vestra copiosa est in celis. Tertio: quia credidit ꝙ in hac vita mortali possit vera beatitudo haberi: contra illud Apostoli ad Hebre. xiij. Non habemus hic ciuitatem manentem: sed futuram inquirimus. Quarto: quia credidit ꝙ domibus indigeremus pro beatitudine consequenda: cum in illa celestis vite gloria: vt dicit Beda domus necessaria non erit: vbi diuine contemplationis luce omnia partieame aura aduersitatis alicuius timenda nulla remanebit: testante apostolo Joanne Apocha. xv. qui eiusdem ciuitatis superne claritatem describens dicit. Inter alia: ⁊ templum non vidi in ea. Deus enim omnipotens templum illius est ⁊ agnus. Quinto errauit: siue male dixit: ꝙ tria tabernacula petit fieri: in hoc errauit. Dicit Albertus ꝙ legis ⁊ prophete ⁊ euangelij non sunt tres habitationes: sed vna: que est ecclesia. Apocha. xxj. Ecce tabernaculum dei cum hominibus. Unde glo. Marci. ix. de ista dicit. Petrus oblitus sanctis regnũ pro

mini non in terris sed in celis: et se et coapostolos adhuc mortali carne indutos: immortalis vite statum subire non posse: domum etiam manufactam necessariam non esse. Legi quoque et prophetis etiam euangelio tria tabernacula facere cupit: cum non possint separari: in vnum iniciata tabernaculū i. ecclesia dei. Sexto dicitur errasse: quia cōparauit christum alijs dicēs: tibi vnū: Moysi vnum. helye vnum etc. quod non debet fieri quia nihil ē comparabile christo Job. xxviij. Deum homini nō equabo. Unde vt ait glosa in presenti euangelio: quia Petrus impudenter quesiuit: responsionem domini non meruit: sed vox patris testatur de filio etc. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad primam respōdetur quod Petrus dicendo bonum est nos hic esse: si vellet pro finali beatitudine sufficere sibi visionem solam humanitatis christi: errabat vt dictū ē. ¶ Ad secundam patet eadem responsio.

¶ In dominica tertia quadragesime ē euāgelium In illo tempore Erat Jesus eyciēs etc. Lu. xi. Circa quod possunt he questiones disputari.

¶ Prima est: vtrum xps sufficienter ostēdit se non in belzebub: sed in virtute dei eycere demonia:

¶ Secunda: vtrum sufficiens fuit illud argumentum christi. Si in digito dei eicio demonia: profecto venit in vos regnum dei. i. xps siue messias promissus in lege venit.

¶ Tertia est: vtrū cōueniens fuit quod carnē sumeret de femina: quia dicitur beatus venter etc.



D primā. q. sic procedit. Et videtur quod christus nō sufficiēter ostendit se: non in belzebub eycere demonia: sed in virtute dei. ¶ Primo sic. Demones cum inter se habeant prelationem: vt minor maiori imperanti obediat et seruiat: non dubium videtur quin imperio superioris inferior demon possit expelli ab homine: Ergo etc. ¶ Secundo arguitur ex dicto sancti Tho. qui hoc dicit quod virtute superiorum demonum alij demones expellabātur. ¶ Tertio idem arguitur: quod nigromantici religare quandoque dicuntur demones: per illicitas incantationes: Ergo per easdē possunt soluere eos de corporibus hominum: et sic eicere. ¶ In oppositum videtur esse euangelium presens. Respondeo. Sciendum autem ē primo: quod pharisei odio habebant Christum: quia acriter arguebat eorū vicia. Et ideo miracula ab ipso facta virtute diuina: dicebant esse facta arte magica: et eodem modo eiectionem demonum factam per christum: dicebant fieri virtute cuiusdam superioris demonis: cui inferiores obediebant: ad nutum de corporibus exeundo. Sicut enim in angelis sunt ordines: et alij alijs sunt superiores: sic in demonibus: cū in eis remanserint naturalia integra secundum Diony. Dicebant enim pharisei: quod xps habebat aliquem demonem superiorē: quē vocabant Belzebub sibi familiarem et priuatum: et sic demones inferiores de corporibus obsessis eiciebant per illum. Secundo sciendum: quod vt dicit sanctus Tho. in tertia parte. q. xliij. ar. ij. Aliter christus expellebat demones: quam virtute demonum. Expellebantur namque virtute superiorum demonum: demones a corporibus: sed tamen remanebat dominium eorum: quantum ad animas. Non enim contra regnum suum diabolus agit: sed christus depellebat non solum a corpore: sed multo magis ab anima. Unde Augustinus libro. lxxxiij. q. lxxviij. Quom impio vel inuocatione alterius demonis demon exit a corpore iam non eicitur: sed magis intima ingreditur operando: secundum apostolum in filios diffidentie. Christus autem remouebat a corpore et ab anima. Non enim principaliter intendebat sanitatem corporis: sed anime: vt patet ex illo Jo. v. Ecce sanus factus es: iam noli peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. Istis notatis ponitur conclusio responsalis: quod sufficienter christus se ostēdit eicere: non in Belzebub: sed in vir

tute dei eijcere demonia. Prima ratio christi. Si sathanas sathanam eijcit: tam. s. in corpore quã in anima: tunc cum diuisio sit inter demones: quomodo stabit regnum eius? cum omne regnum in se diuisum desolabitur: quasi diceret vt inquit Hiero. Regnũ diaboli stat in peccatoribus: vsq; ad diez iudicij: quia tũc euacuabitur omnis potestas. Unde si hoc iam esset: esset iam finis mundi. Uel sic s'm hylarium. Si de potestate mea est: ꝙ ego faciam ꝙ vnus demon expellat alium: ergo ego destruo regnum diaboli: ꝛ ex hoc debetur mihi adherere. Secũdo sic. Si ego eijcio in Belzebub demonia: filij vestri. s. apostoli de eorum carne descendentes: vel alij quidam iudei q nõ erãt de discipulis christi: qui non in nomine christi eijciebant demonia: in quo eijciunt: si dicitis illos eijcere demonia i virtute dei: idẽ debetis confiteri de me. Tertio sic probat: quia demonem expellere de regno suo nõ possem nisi essẽ fortior eo: nec eum vincere possem: nisi virtute diuina: cum non sit potestas in terra: que comparetur ei. Job. xli. Quarto sic. Qui non est mecum ꝛc: rõ est talis. Uoluntas ei⁹: que obedit alicui: ẽ cõformis voluntati illius cui obedit: saltem in facto. Si ergo christus in virtute demonis faceret miracula: sequeretur: ꝙ christus et demones essent cõcordes in factis. Hoc autem est falsum: quia facta christi ꝛ doctrina erant ad remouendum homines a peccatis. facta autem demonis ad destruendum homines per peccatũ. Ex quo sequitur ꝙ christus nõ operatur in virtute demonis. Et hoc est ꝙ dicit. Qui non est mecũ per concordiam in facto ꝛ voluntate contra me ẽ. Et huiusmodi est diabolus qui non colligit mecum. Christi enim est colligere. demonis est dispergere: ꝛ sic regnum christi cum regno demonum nullam habet cõmunicationẽ. Colligit enim christus p̃mo passiones in formam virtutis: actiones ad normam rectitudinis. electiones ad prudentiã rationis. animales vires ꝛ motus ad mensuram bene constitute mentis: diuersas ꝛ discurrentes ꝛ vagas cogitationes ad cõtemplationem intellectus diuini: multitudinem totam operum in vnum simplicis intentiõis: multitudinem credentium in vnitatem cordis: multitudinem omnium in omnibus nationibus ad vnitatem vnius ouilis ꝛ cure pastoralis: Et sic semper christ⁹ in colligẽdo est et congregando. Unde Augustinus in x. Confessionum. In omnibus que mente percurro: non inuenio locum tutum anime mee: preter te: in quo colliguntur dispersa mea. Contrario autem modo vt dicit. Albertus magnus dispergit diabolus: qui diuisionis pater est ꝛ origo. Dispergit enim in varietatem passionum desideria peccantium. dispergit in corruptionem ꝛ actionem: multitudinem operum iniustorum. dispergit voluntatem in diuersitatem eligibilium: dispergit mentis mensuram per diuersitatez animalium motuum. dispergit intellectũ in euagationes cogitationum inutilium: dispergit intentionem per diuersitatem finiũ intentorum. dispergit credentes in contrarietatem discordiarum: vnitatem ecclesiarum in diuersitatem errorum Jo. x. Lupus dispergit oues. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam dicendum: respondetur multipliciter. ¶ Primo negando consequentiam. Et ratio est: quia licet possibile sit potestati superiorum demonum ꝙ aliqs demon possit eijci aut expelli de corpore solo hominis: non tamen de anima. Christus autem eijciebat demonia non solum a corporibus: sed ab anima: vt dictum est. ¶ Secundo respondetur: ꝙ quando diabolus p̃cepto siue imperio superioris exit: non dicitur proprie eijci: sed voluntarie ex obedientia exire: quia eijcere dicit quid violentũ. Christus autem eijciebat demonia violenter: ꝛ contra voluntatem eorũ. Unde ge-

mẽtes clamabant. Filij Dauid quid nobis ꝛ tibi: venisti ante temp⁹ torquere nos? Math. viij. ¶ Tertio respondetur: ꝙ licet demon videatur expelli: non est tamen vera expulsio: sed ficta ꝛ simulata ad deceptionem: sed tantum cessat a vexatione ꝛ lesione: quam intulerat: sicut aliquando ostẽdũt se egros curare: non sanitatem conferendo sed a lesionibus quas infirmis inferunt cessando. ¶ Ad secũdã rationem respondetur: vt dictũ ẽ ex ipso dicto sancti Thome. ¶ Ad tertiam respondetur dupliciter: primo sicut ad primum. Secundo potest dici vt dicit Nicolaus de lira in hoc euangelio ꝙ ſm ꝙ dicit Hierony. licet arte magica possint aliqua miracula fieri: tamen illa ptinent ad curiositatem tantum: ꝛ vanitatem sicut Symon magus faciebat statuas ambulare: loqui: ꝛ ridere: ꝛ consimilia: vt habetur in itinerario clementis: Sed illa que sunt salubria: vt curatio languidorum: illuminatio cecorum: ꝛ huiusmodi: nõ possunt magicis artibus fieri. Et ideo oportet talia attribui diuine vtuti. Et talia faciebat xp̃s.

A secundam. q. sic proceditur. Et videtur ꝙ nõ sit sufficiens argumentum illud christi: si i digito dei ejcio demonia profecto venit in vos regnũ dei. i. christus: siue messias promissus in lege venit. ¶ Primo sic. Legitur ꝙ Salamon vt dicit Beda super Act. apostolorum. xix. Excogitauit ꝛ docuit exorcismos: quibus immundi spiritus expulsi ab hominibus: non audebant ad homines reuerti. Si illa expulsio non fuit argumentũ aduẽtus regni christi: ergo nec expulsio demonum facta per christum. Consequentia videtur bona. ¶ Secundo sic. Christus opera magis miraculosa fecit ꝙ̃ ejcere demonia: Sed ex alijs operibus non intulit hoc argumentũ aduentus regni sui: Ergo nec ex hoc videtur argui. ¶ Tertio ex euangelio presenti. Filij iudeorũ: siue dicãtur apostoli: siue alij exorciste: faciebant miracula in virtute dei: Sed ex opere illorum non infertur hoc argumentum: Ergo nec ex facto christi. ¶ In oppositum est verbũ christi. Respondeo dicendum sub ista conclusione ꝙ argumẽtum christi: quo arguit: Si in digito dei ejcio demonia: profecto venit in vos regnum dei: est efficacissimum. Quod sic ostenditur: vt dictum est in conclusione superiori: christus ejciendo demonia ab hominibus non solum ejciebat a corporibus violenter contra voluntatem demonum: sed principaliter ab animabus in quibus regnabat diabolus per peccatum: et ita christus diminuebat: siue euacuabat regnum diaboli: et dilatabat regnum suum: negando in cordibus hominum per fidem. De quo dicitur. Luc. i. Regni eius non erit finis. Et. i. Corin. xv. Oportet autem illum regnare scilicet per fidem: donec ponat inimicos eius sub pedibus eius. Hec autem potestatis demonum debilitatio: siue diminutio: signũ erat aduentus regni christi: ſm illud Numeri. xxiiij. Orietur stella ex Jacob: quia in natiuitate christi stella apparuit: que magos ad christum natum perduxit: vt habetur Math. ij. Et surget virga de israel. i. christus: secundum potestatem regiam. Unde de ipso dicitur Psal. ij. Reges eos in virga ferrea: percutiet duces. i. ydolatras. Unde per christi aduentum: destructa est ydolatria: et vastauit omnes filios Sedech. i. omnes populos subijciet fidei catholice ante finem mundi: licet nondum sit impletum. Item ysa. liij. de eo dicitur Fortium diuidet spolia: pro eo ꝙ tradidit in mortem animam suam: fortium. i. demonum. Christus spolia diuisit: tũ patres de limbo in sua resurrectione extrahendo: tũ potentiã eorũ diminuendo. Itẽ Ezech. xxxiiij. Suscitabo pastorẽ vestrũ seruũ meũ

Dauid.i.xp̄m:q de Dauid descēdit sȝ carnē. Mat.i. Et cessare faciam bestias pessimas de terra.i.potētias diaboli:q̄ p mortē xp̄i diminute sunt:t.j.t sciēt.s. Israel:quia ego dñs cū contriuero cathenas iugi eorū: t eruero eos de manu.i.potestate imperātiū sibi.i.pncipū dmonioꝝ. Itē Zacha.xiij. dicitur. Spiritū immūdum auferā de terra Ecce manifestū: Ergo omnia hec completa sunt per passionem xp̄i. Unde Jo.xij. xp̄s instante passione princeps huius mūdi eicietur foras. Quom ergo ista fienda essent per xp̄m: efficacissimum argumentum erat xp̄i cum dicebat. Si in digito dei idest virtute diuina eicio demonia: nō solum ab hominibꝫ corporibus: sed etiam ab animabus profecto venit in vos regnū dei idest xp̄s promissus: qui expulso dominio demonis: regnaturꝰ ē p fide i cordibꝰ fideliū. Q3 etiā dictū est: q per christi passionez liberati fuimus a potestate diaboli: t nihilominus videmus: q adhuc nocet hominibus: quantū ad animas tentando: t quādoqꝫ vexando: quantum ad corpus: est pro noticia pleniori veritatis huiusmodi sciendū: q vt dicit sanctus Thomas. potestas demonis in duobus consistit scilicet impugnando: t detinēdo deuictos. Ex eo autez q quis impugnatur: nōdum seruus factus est: sed ex eo q victus est: vt patet.ij. Petri.ij. Deuicerat autem diabolus totum genus humanū in primis parētibus: t eis dominabatur: dū eos ad hoc secundum suum votum deduxerat: vt nullus paradisi ianuam intraret. Deuincit vnūquenqꝫ singulariter: dum eū ad peccatū inclinat: quia qui facit peccatum: seruus est peccati. Potestatem ergo diaboli: qua victos detinet: xp̄s per passionem ammouet: quantum ad sufficientiam: quāuis non quantum ad efficaciam: nisi in illis: qui vim passionis suscipiunt per fidem: t caritatem t sacramenta. Et per hoc dicitur dominiū euacuasse. Unde quia iam diabolus nō potest impedire sanctos a consecutione glorie sicut faciebat ante: sed potestatē qua impugnat nō euacuauit sed debilitauit: dum ipsum vicit: t dum hominibus auxilia multa ad resistendum tribuit: sicut sacramēta gratiam habundantiorē t alia huiusmodi. Unde licet diabolus permittatur tentare homines: ad exercitium t meritum sanctorū: nō tamen de facili superat: inquātū homo plura remedia habet. ¶ Ad rationes i oppositum. ¶ Ad primam rñdetur negando cōsequētiā. Et ratio est duplex. Una quia expulsio demonum facta per exorcismos erat tantum a corporibus: nō ab animabꝰ. Secunda rō est: quia xp̄s propria virtute t potestate: demones expellebat tam de corporibus q̄z de animabus. Alij vero nō nisi medicata a deo vel diabolo. ¶ Ad secūdā rñdetur negādo assumptum: Unde xp̄s ad.q. p̄positam sibi per discipulos Joannis: tu es qui venturus es: an alium expectamus: hoc modo rñdit dicens. Euntes renunciate Jo. que audistis t vidistis: ceci vident: claudi ambulabant: leprosi mundātur: tc. quasi diceret. Quom ista facio propria virtute: pfecto ego sum qui venturus erat: t nō est alius expectandus. Item Jo. i. dicit. Si opera nō fecissem in eis: que nemo alius fecit: peccatū nō haberēt infidelitatis in me. Et ita pꝫ q virtualiter ex operibus suis arguebat regnum suum t dominium venisse. Decipiebantur autem iudei in hoc: quia istud regnum christi spirituale: futurum temporale credebant. Quez errorem eis excludit christus dicens Joā.xiiij. Regnum meū nō est de hoc mūdo. ¶ Ad tertiam rñdetur sicut dictum est: ad primā: Et hec de ista conclusione.

Ad tertiam.q. circa illud beatus vēter qui te portauit tc. sic proceditur. Et videtur q non fuit conueniēns q christus carnem sumeret de femina. ¶ Primo sic: Sexus masculinus ē nobilior: q̄z sexus femininus: Sed magis decuit vt xp̄s assumeret id: quod est perfectū in humana natura: Ergo videtur q non

In dñica quarta quinquagesime.

fuit conueniens q xps carnem assumeret de femina: sed de viro sicut Eua de costa Ade viri formata est. ¶ Secundo sic. Quicūq3 ex femina concipitur: vtero feminneo clauditur: Sed deo: qui celum τ terrā implet: vt dicitur Hiere. iij. nō cōpetit vt paruo feminneo vtero includatur: Ergo videt q nō debuit ɔcipi de femina. ¶ Tertio sic Illi qui cōcipiuntur de femina: aliquā immundiciā patiūtur. Vñ Job. xxv. Nunqd pōt hō apparere mūdus: natus de muliere? Sed in xpo nulla immundicia esse debuit. Ergo nō videtur fuisse cōueniens: vt carnē de femina susciperet. ¶ In opppo. est euāgeliū pñs. Rñdeo dicendū: q lz filius dei carnē humanā assumere, potuerit: de q̄cunq3 materia voluisset: cōuenientissimum tñ fuit vt de femina carnē acciperet. Tū pmo quia per hoc tota natura nobilitata est. Vñ Augu. libro. o. lxxxiij. q. Hominis liberatio in vtroq3 sexu debuit apparere: ergo q virū oportebat suscipere: q sexus honorabilior est: cōueniens erat vt feminei sexus liberatio huic appareret: q ille vir de femina natus est. Tū secūdo q per hoc veritas incarnationis astruitur. Nam vt dicit Augusti. in epistola ad Volusianū. Si oipotēs deus hominē vbicūq3 formatū nō ex materno vtero causaret: S repētinū afferret aspectibus: nōne opinionē cōfirmaret erroris: nec hominē verū suscepisse vllo modo crederetur: τ dū oia mirabiliter facit auferret: quod misericorditer fecit. Nunc vero ita inter deū τ hominē mediator apparuit: vt in vnitate persone copulās vtrāq3 naturā: τ solita sublimaret insolitis: τ insolita solitis tēperaret. Tū tertio: τ est rō Anselmi. quia per hunc modum completur ois diuersitas generationis humane. Eua vero pducta est ex viro sine femina. ceteri homines producūtur ex viro τ femina. Vñ hoc quartū quasi xpo relinquebatur proprium: vt pduceretur ex femina sine viro. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primam rñdetur negando ɔñam Et ratio est: quia ideo: q sexus masculinus nobilior ē: quā femininus: ideo humanā naturam in masculino sexu assumpsit: ne tamē sexus femininus contēneretur congruum fuit: vt carnem assumeret de femina. Vñ August. dicit libro d agone xpiano. Nolite vosipsos contēnere viri: filius dei. virum suscepit: nolite vosipsas contemnere femine: filius dei natus est ex femina. ¶ Ad secundam rñdetur negando ɔsequētiā. Et ratio est: quia sicut dicit Augu. tertio libro contra Faustuz: qui hac obiectiōe vtebatur. Nō plane sequit catholica fides: que xpm filium dei natum secūdum carnē credit ex virgine: vllo modo eundem dei filiū sic in vtero mulieris includi: q extra nō sit quasi celi τ terre amministrationem deseruerit: τ quasi a patre recesserit. Unde licet nō conueniat xpo fm diuinitatem includi i ventre femine: pōt tamē conuenire ratione nature humane assumpte: fm quaz potuit mori: licet fm diuinitatē immortalis fuerit. ¶ Ad tertiam rñdetur negando maiorem Ratio ē: quia immundiciam illam patiuntur concepti ex cōmixtione maris τ femine Hoc autem non habet locum in conceptione filij dei de spiritu sancto τ ex Maria virgine. Et ideo dicit Damas. iij. libro q filius dei cōstruxit sibipsi ex castis τ purissimis sanguinibus carnē animatā anima rōnali.

¶ In dominica quarta ē euangeliū Abijt Jesus transmare τē. Jo. vi. Circa qd possunt hec disputari.

¶ Primo: vtrum conuenienter xps saciauit quinq3 milia hoiuz de quinq3 panibus qui reperti sunt apud quendā in societate.

¶ Secundo: vtrum conuenienter xps saciauit quinq3 milia de panibus ordeaceis τ non de tritico.

¶ Tertio: vtrum xps fuerit verus pphēta sicut dicitur in euangelio.



D primam. q. sic proceditur Et videtur q conuenientius xps saciasset qnq3 milia hominū d alijs panib9. ¶ Primo sic. Maius miraculum

fuisset saciare tantum multitudinem de pa
nibus nouiter creatis: q̃3 de panib⁹ p̄exi
stentibus: Ergo videtur ꝙ conuenientius sa
ciasset illos de illis. ¶ Secũdo sic: Panes
illi saciare nõ poterant tantã multitudinem
nisi multiplicati: Sed multiplicatio non vi
detur possibilis: Ergo ꝛc̃. Probat minor
sic. Materia non põt trãsmutari de parua
quãtitate in magnã: nisi per rarefactionẽ: si
cut ex vno pugillo aque generãtur. x. gutte
Uel per alterius materie additionẽ. Sed
nõ est dicendũ ꝙ per rarefactionem multi
plicati sunt panes: vt p3: Ergo oportebit di
cere ꝙ per additionẽ exterioris materie: ꝙ
oportebit multũ amplius eẽ: q̃3 quinq3 pa
nes. Quom ergo vnũquodq3 denominan
dum sit a maiori parte: videtur ꝙ non de-
beat dici quinq3 milia hominum saciatos
esse ex quinq3 panibus: sed ex alia materia
addita. ¶ Tertio sic. Si aliqs dicat: ꝙ mul
tiplicatio facta est panum sine additione cu
iuscunq3 exterioris materie: vel noue crea
te: contra quod: hoc videtur non bene intel
ligibile: ꝙ aliquid fit in substantia magnus
sine additione alterius rei: vt probat sanct⁹
Thomas in prima parte. q. xcij. ꝛ in secũdo
scripto di. xviij. ¶ In oppositum est euan-
gelium presens. Respondeo dicendum: ꝙ
xp̃s conuenientius saciauit quinq3 milia ho
minu3 ex quinq3 panibus: qui reperti sunt
in societate sua: q̃3 ex nouiter creatis. Pa-
tet conclusio: quia licet xp̃s potuerit pasce-
re turbas ex panibus nouiter creatis: vo-
luit tamen ex panibus preexistentibus mul
tiplicatis illas reficere duplici rõne. Pri-
mo vt ostenderet sensibilia a diabolo ꝛ nõ
esse: sicut Manichei errantes dicunt. Na3
si hoc verum esset: deus non vteretur sensi
bilibus ad opus diuine laudis: precipue cũ
ipse venerit: vt dissolueret opera diaboli:
vt dicitur. i. Jo. iij. Secunda ratio: vt osten
dat: falsum esse: ꝙ ipsi Manichei dicunt. s.
doctrinam veteris testamẽti non esse a deo
sed a diabolo. Ut ergo ostenderet non eẽ
aliam doctrinam noui testamẽti: q̃3 que pre

figurabatur: ꝛ continebatur in doctrina ve
teris testamẽti: preexistentes panes multi-
plicauit: innuens ꝙ ipse est: qui legem ꝛ p-
fecit: ꝛ adimpleuit Mat. v: Non veni le-
gem soluere: sed adimplere. Sic patet: rñ-
deo ad primũ argumentum in oppositum.
¶ Ad secundam rñdetur: ꝙ hic est triplex
modus dicendi. Unus est: ꝙ xp̃us panes
multiplicauit per additionem materie no-
uiter create. Alius modus dicendi est: ꝙ p
additionem alterius materie in formã pa-
nis inuisibiliter inducendo. Et iste modus
dicẽdi est sancti Tho. Unde sic dicit in ter
tia parte. Multiplicatio panum nõ ẽ facta
per modum creationis: sed per additione3
extranee materie in panes conuerse. Un-
de Augustinus dicit super Jo. Unde multi
plicauit de paucis granis segetes: inde i ma
nibus suis multiplicauit. v. panes. Mani-
festum est autem ꝙ per conuersionem ma
terie preexistentis grana multiplicantur in
segetes: eiusdem sententie est in prima par-
te. q. xcij. ꝛ in secũdo scripto di. xviij. Et ad
probationem contra: respondetur negãdo
consequentiam: Et ratio est: quia materia:
que additur: in panes illos conuertitur: Et
ideo ex illis panibus: dicitur quinq3 milia
hominum saciasse. Tertius modus dicen-
di est: ꝙ multiplicauit in seipsis: nihil noui-
ter creando: nec aliquid addendo ad libitũ
sue diuinitatis. Istum modum dicendi te-
nẽt aliqui antiqui: sicut Hugo de sancto vi
ctore: ꝛ Magister sententiarum: ꝛ domin⁹
Albertus magnus: quemadmodum dicũt
corpus Eue formatum de costa Ade. Di-
cunt enim. Sicut deus potest de nihilo ali
quid facere: ita modicum corpus in magnũ
conuertere. Sed istum modum improbat
sanctus Tho. sicut in intelligibile: sicut di-
ctu3 est in tertio argumento.



D secundam. q. sic p̄ceditur
Et videtur ꝙ conuenientius
saciasset xp̃s turbas illas ex
panibus triticeis q̃3 ordea-
ceis. ¶ Primo sic. In mira

culo vini: optimum vinum fecit ex aqua: ergo videtur ꝙ convenientiori modo debuit frumentaceū panē facere ex panibus ordeaceis: ⁊ ex illis turbas saciare. ¶ Secundo sic. Illud miraculum eucharistiam principaliter significat: Ergo videtur ꝙ debuit turbas saciare de panibus frumenti: cū talis sit materia sacramenti eucharistie: ⁊ nō de ordeo. ¶ Tercio: quid est: ꝙ fragmenta excreuerunt vsqꝫ ad numerum .xij. cophinorum: videtur esse ad quandam ostētationem. ¶ In oppositū est euangeliū p̄sens. Respondeo dicendum: ꝙ convenientissime factum est quicquid a xp̄o factum est: cum sit sapientia: omnia suauiter disponēs. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad p̄mā r̄ndetur negando consequentiam: Et ratio est iuxta Albertum: ꝙ aliud est hic: ⁊ aliud ibi. Illud enim miraculum de conuersione aque in vinum deseruiuit iocunditati nubētium. Et ideo conueniebat aquam mutari ī liquorem iocunditate, facientem. Istud autem deseruiuit necessitati cōmunis turbe: Et ideo a forma necessitati seruienti: illum panem non mutauit: maxime vt dicit Criso. ne gule deseruire videretur. Preterea xp̄s noluit creare panes de nouo: sed p̄existentes multiplicauit: vt miraculum eēt magis notum: quia talis multiplicatio eorūdē panum: magis est perceptibilis q̄ꝫ creatio. ¶ Ad secundam respondetur negādo cōsequentiā. Et ratio est: s̄m Albertū: q: hoc miraculum est signum remotū eucharistie Et ideo expressam similitudinē in materia nō habuit. ¶ Ad terciā r̄ndetur: ꝙ xp̄s nō fecit impleri illos cophinos ad aliquā ostētationē: sed vt ostēderet factū miraculū: nō esse fantasti. cū: per hoc: ꝙ collecte reliquie domini cōseruate sunt: ⁊ aliis in cibum fuerunt. Q̄ð aūt .xij. Cophini fragmentoꝝ impleti sunt: non a casu: sed ex diuina dispositiōe impleti sunt: s̄m numerum .xij. Apostoloꝝ signat: vt dicit Albertus magn⁹: ꝙ de reliquijs xp̄i: que per quinqꝫ panes significantur: excresceret doctrina apostolica in saturitatem mundi.



Ad tertiam .q. sic p̄ceditur. Et v̄r ꝙ xp̄s nō fuerit verus propheta. ¶ Primo sic. Propheta videtur importare quandam obscurā ⁊ imperfectā noticiā: s̄m illud Numeri .xi. Si quis fuerit inter vos propheta domini: per somnū: aut per visionem: loquar ad eū: Sed xp̄s habuit plenā ⁊ perfectam noticiā: Ergo non fuit dicendus propheta. ¶ Secundo sic. Fides ē eorum: que non habentur: Ita prophetia est eorum: que nō sunt presentia sed distāt. Nā p̄pheta dicitur quasi procul fans: Sꝫ ī xp̄o non ponitur fides nec spes. Ergo nec propheta. ¶ Tertio sic. Propheta est inferioris ordinis: q̄ꝫ angelus: Sed xp̄s non ē minoratus ab angelis: secundum noticiam anime: sed solum secundū corporis passionē: vt dicitur ad Hebre .ij. Ergo videt̄ ꝙ xp̄s nō fuit propheta. ¶ In oppositum est euāgelium p̄sens. R̄ndeo primo: ꝙ xp̄s inquātum fuit viator: aliquomodo potuit dici propheta: sicut dicitur Deut. xviij. Prophetā suscitabit tibi deus de fratrib⁹ tuis: Et ipse de se dicit Mat. xiij. ⁊ Io. iiij. Nō est propheta sine honore: nisi in patria sua. Pro quo sciendum iuxta sanctum Tho. super Io. ꝙ propheta dicitur videns. i. Regū. ix. Qui nunc dicitur propheta: olim vocabatur videns. Visio ad vim cognoscitiuam pertinet. In christo autē triplex fuit cognitio. s. sensitiua. Et s̄m hanc habuit aliquam similitudinem cū prophetis: inquātū in imaginatione xp̄i: formari potuerunt alique species sensibiles: quibus futura vel occulta presentarentur: p̄cipue propter passibilitatem: que sibi conueniebat s̄m statū viatoris. Item fuit in christo cognitio intellectiua: Et quantum ad hanc non habuit similitudinē cū prophetis: sed est etiā super angelos: q: erat comp̄hensor excellentior q̄ꝫ aliqua creatura. Item fuit in eo cognitio diuina. Et quantum ad hanc fuit p̄pheta ꝫ

⁊ angelorum inspiratorum: cum omnis cognitio causetur per participationem diuini verbi. Albertus vero super Jo. dicit: q xps proprie nõ dicitur propheta: nisi quo ad hoc: q immobile est oẽ: quod xps enũciat. Mat. vij. verba mea nõ transibunt. ¶ Ad rationes in oppositũ. ¶ Ad primam respõdetur negãdo assumptum. Et ad probationem dicendũ: sm sanctũ Tho. in tertia parte: q per illa verba nõ ostenditur esse de ratione prophetie enigmatica cognitio. s. que est per somnium: quia aliqui in visione perceperunt diuina: vt moyses: qui palam ⁊ non per enigmata deum vidit: ⁊ tamẽ dictus est propheta: vt p3 Deut. vlti. Non surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses. Potest secundo respõderi iuxta superius posita: q ⁊ si xps habuit plenã ⁊ perfectã noticiã: quã tũ ad partẽ intellectiuam: habuit tamen in parte imaginatiua: quasdam similitudines: in quibus etiam poterat speculare diuina. Non enim solum erat comprehensor: sed etiã viator. ¶ Ad secundam respondetur negãdo cõñam. Et ratio est: quia nõ est simile: quia fides est corũ: que nõ videntur ab ipso credente: ⁊ spes est eorum: que nõ habẽtur ab ipso sperante. Sed prophetia est eorum: que sunt procul a cõmuni omnium sensu: cũ quibus propheta cõuersatur cõmunicat in statu vie. Et ideo fides ⁊ spes repugnãt perfectioni beatitudinis xpi: nõ autem prophetia.

¶ Ad tertiã respondetur negando cõñam: Et ratio est: quia angelus cum sit comprehensor est supra prophetam: qui est purus viator: non autem supra xpm: qui simul fuit viator: ⁊ comprehensor.

¶ In dominica in passione est euangelium In illo tempore dicebat.

¶ Jesus turbis iudeorum ⁊c. Jo. viij. Circa quod: possunt di spu. se. q.

¶ Prima est: vtrum xps potuit redargui de aliquo peccato.

¶ Secunda est: vtrum xps debuit sine offensione iudeis predicare.

¶ Tertia est: vtrum sit verum q Abraam vidit diem christi.



Ad primam sic proceditur. Et videtur q xps potuit redargui de aliquo pctõ. ¶ Primo sic. In xpo fuit peccatum. Ergo potuit redargui de peccato. Cõsequentia est bona. Assumptum probatur. Dicitur enim in Ps. xxi. ex persona xpi. Deus meus vt quid dereliquisti me longe a salute mea verba delictorum meorum: Ergo videtur: q in xpo fuerunt delicta. ¶ Secundo sic. Dicit Apostolus ad Ro. v. q in Adam omnes peccauerunt. s. quia in eo omnes originaliter fuerunt: Sed xps fuit etiam originaliter in eo: Ergo in ipso peccauit. ¶ Tertio sic. Dicit. ij. ad Corin. v. q deus eum qui nõ nouerat peccatum. s. xpm: pro nobis fecerat peccatum. Sed illud verum est: quod a deo factum est: Ergo in xpo fuit aliquod peccatum. ¶ In oppositum est euangelium presens vbi xps ait Quis ex vobis arguet me de peccato: Ubi dicit glo. Quom nullus possit arguere. Rñdeo dicendum sub ista conclusione. In xpo nullum fuit peccatũ: nec originale: nec actuale. Ista conclusio patet. i. Petri. ij. dicit de eo Qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius: Et per consequens de nullo peccato redargui potest. Ueritas huius conclusionis sic ostenditur ex tribus: propter que xps suscepit defectus nostros. Primo: vt pro nobis satisfaceret. Et ex hoc patet: q defectum peccati non assumpsit: nec debuit: quia peccatum nihil operatur ad satisfactionem: quinimmo virtutem satisfactionis impedit: quia dicitur Ecclesiast. xxxiiij. Dona iniquorum non probat altissimus. Secundo assumpsit defectus nostros: vt veritatem humane nature comprobaret. Et ex hac etiam ostenditur: q peccatum assumere non debuit: quia ex peccato non demonstratur veritas humane nature: quia peccatum non pertinet ad humanam naturam: cuius deus est causa: sed magis est contra naturam: per seminationem diaboli introdu-

ctiue vt Damas. dic. Tertio assumpsit xp̄s defectus nostros vt nobis exemplum virtutis preberet. Ex qua parte manifeste patet cõclusio: quia peccatoꝝ exẽpla virtutis ꝑbere non potuit: cũ peccatum sit ↄtrariũ virtuti. Unde xp̄s nullo modo assumpsit defectũ peccati: nec originalis: nec actualis: Fuit enim agnus sine macula quacunqȝ. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primã rñdetur: ꝙ sicut dicit Damas. iij. libro. Dupliciter dicitur aliquid de xp̄o. Uno modo ẜm ꝓprietatem naturalẽ: ⁊ ypostaticã: vt dicitur: factus est homo: ⁊ pro nobis passus est. Alio modo ẜm proprietatẽ personalez ⁊ habitudinalem: prout. s. aliqua dicuntur de xp̄o in persona nostra: que sibi ẜm se nullo mõ conueniũt. Unñ ⁊ inter septem regulas Ticonij: quas ponit Augusti. in tertio de doctrina xp̄iana. Prima ponitur de dño: ⁊ eiꝰ corpore: cũ. s. xp̄i ⁊ ecclesie vna persona estimatur. Et ẜm hoc xp̄s ex persona mẽbroꝝ suorum loquens: dicit: verba delictoꝝ meoꝝ: non ꝙ in ipso capite delicta fuerint. Unde glo. super Ps̄. dicit sic Dicit xp̄s in persona veteris hominis: que stulta sunt: ⁊ delicta sunt causa: q̃re tu longe es a salute mea. ¶ Ad secundam respondetur negãdo minorẽ. Si per li originaliter intelligat: ꝙ fuerat in Adaȝ ẜm seminalẽ rõnem. Pro quo nota: ꝙ sicut dicit August. x. super Geñ. ad litterã. Nõ omni modo xp̄s fuit in Adam ⁊ in alijs pr̄ibus: quo nos ibi fuimꝰ. Nos enim fuimus in Adã ẜm rõnẽ seminalez: et ẜm corpulentã substãtiaȝ: quia. s. vt ipse ibi dicit: cũ sit in semine visibilis corpulẽtia: et visibilis rõ: vtrũqȝ currit ex Adaȝ: Sȝ xp̄s visibilẽ carnis substãtiaȝ de carne virginis sumpsit. Ratio vero conceptiõis eius non a semine virili: sed longe aliter ⁊ desup venit. Unñ nõ fuit in Adaȝ ẜm seminalẽ rõnẽ: sed solum ẜm corpulentã substãtiã. Et ideo xp̄s non accepit actiue ab Adam humanaȝ naturaȝ sed solum materialiter: actiue vero a spiritu sancto: sicut ⁊ ipse Adam materialiter sumpsit corpus de limo terre: actiue autem a deo. Et propter hoc xp̄s nõ peccauit ab Adam: in quo fuit solum ẜm materiaȝ. ¶ Ad terniam rñdetur negando ↄñaȝ. Et ad dictũ Apostoli rñdetur: ꝙ cũ dicitur: ꝙ xp̄s fecit peccatum: nõ est intelligendũ: ꝙ in se haberet aliquid peccati: sed ꝙ fecit hostiaȝ pro peccato: sicut Osee. iiij. dicit. Peccatũ populi mei comedẽt. s. sacerdotes: qui ẜm legeȝ cõmedebant hostias pro peccato oblatas. Et ẜm hunc modũ dicitur ysa. liij. ꝙ deus posuit in eo iniquitates omniũ nostroꝝ: quia. s. eum tradidit vt esset hostia ꝑ peccatis omniuȝ hominũ. Uel rñdetur ꝙ dñs fecit euȝ peccatũ. i. habentẽ similitudinem carnis peccati vt dicitur Ro. viij. Et hoc propter corpus passibile: ⁊ mortale: qd̄ assumpsit.



D secũdã. q. sic procedit. Et sic videt: ꝙ xp̄s debuit sine offensiõe iudeis ꝑdicare: qd̄ xp̄s non videt obseruasse in ꝑnti euãgelio. ¶ Primo sic Dicit Augusti. in libro de agone xp̄iano in homine Jesu xp̄o. Se nobis ad exẽpluȝ vite prebuit filius dei. Sed nos debemus vitare nõ solũ offensionẽ fideliũ: sed etiam infideliũ: ẜm illud. i. Corin. x. Sine offensiõe estote iudeis ⁊ gentibꝰ ⁊ ecclesie dei: Ergo videtur ꝙ xp̄s etiã in sua doctrina offensionem iudeoꝝ vitare debuit. ¶ Secũdo sic Nullus sapiens debet facere vnde effectũ sui operis impediat: Sȝ per hoc ꝙ xp̄s sua doctrina iudeos turbauit: impediebatur effectus doctrine eius. Dicit eni Lu. xi. ꝙ cũ phariseos ⁊ scribas reprehenderet: ceperunt grauiter resistere: ⁊ os eius opprimere: insidiantes ei ⁊ querentes aliquid capere ab ore eius: vt accusarent eũ. Nõ igit videtur cõueniens fuisse: ꝙ xp̄s in sua doctrina iudeos offenderet. ¶ Tertio. Dicit Apostolus. i. Thi. v. Seniorem ne increpaueris: sed obserua patrẽ: Sed sacerdotes ⁊ principes iudeoꝝ erant illius populi seniores: Ergo videtur: ꝙ nõ fuerint diris icrepationibus arguendi. ¶ In oppositũ ha-

betur in euangelio pñti. Rñdeo dicendũ: q̃ xp̃s cõueniẽter in predicatione sua quãq; offendit iudeos. Que cõclusio probatur. Primo p illud: qđ ysa. viij. Fuit propheta tu: q̃ xp̃s esset in lapidẽ offensiõis ⁊ in petrã scandali duabus domibus Israel. Conuenientia autẽ cõclusionis ostẽditur sic. Salus multitudinis preferenda est paci: quorũcũq; singulariũ hominũ. Et ideo qñ aliqui sua puersitate multitudinis salutẽ impediũt nõ est cauenda eoꝝ offensio a predicatore vel doctore: ad hoc q̃ multitudinis saluti puideat. Sic ẽ aũt q̃ pharisei: ⁊ scribe: ⁊ pncipes iudeoꝝ: sua malicia plurimũ impediebant populi salutẽ: tum quia impugnãt xp̃i doctrinã: per quã solã poterat esse sal⁹: tũ quia prauis suis moribus vitam populi corrũpebant: Et ideo nõ obstãte eoꝝ offensione: dñs publice veritatẽ docebat: quã illi odiebant: ⁊ eoꝝ vitia arguebat. Et ideo dicitur Mat. xv. q̃ discipulis dño dicẽtibus: scis quia iudei audito hoc verbo scãdalizati sunt: rñdit: Sinite illos: ceci sunt: ⁊ duces cecoꝝ. Si cecus ceco ducatũ prestet: ambo in foueã cadunt. ¶ Ad rationes in opposi. ¶ Ad primam rñdetur: q̃ homo sic dꝫ esse sine offensione omnibus: vt nulli det suo facto vel dicto minus recto occasionẽ ruine. Et ita fecit xp̃s. Si tñ de veritate scandaluz oriatur: magis est sustinendũ: q̃ꝫ q̃ veritas relinquat: vt Gregorius dicit. ¶ Ad secũdam rñdetur: q̃ minor est falsa. Nã p hoc: q̃ xp̃s publice phariseos ⁊ scribas arguebat: nõ impediuit: sed magis pmouit effectũ sue doctrine: quia cum eoꝝ vicia populo innotescebant: minus aduertebat a xp̃o: ppter verba phariseoꝝ: ⁊ scribaꝝ: q̃ semper doctrine xp̃i obsistebant. ¶ Ad tertiaz respondetur: q̃ illud dictũ Apostoli est intelligendũ de illis senioribus: qui nõ solum etate vel etiã auctoritate: sed etiã honestate sunt senes: sm illud Numeri. xi. Congrega mihi. lxx. Viros de senioribus israel. quos tu nosti q̃ senes populi sunt. Si autẽ auctoritatem senectutis in instrumentum malicie vertã sit: publice predicando: sunt manifeste ⁊ acriter arguendi: sicut Daniel dixit Daniel. xiij. O inueterate dierum malorum ⁊c.

AD tertiam sic proceditur. Et videtur q̃ Abraaz non vidit diem christi. ¶ Primo sic. Abraaz solũ credidit diẽ xp̃i Ergo falsuz est: q̃ vidit. Cõsequẽtia est nota Dicit eniz Augu. q̃ fides est: qua credũtur: que nõ vidẽtur. Et Gregorius dicit: q̃ visa nõ habẽt fidem: s; agnitionẽ. ¶ Secũdo sic. Quom ens ⁊ verum cõuertantur: ad quod nondũ erat in rerum natura: nõ põt esse obiectũ itellectus abrae. Sed tpe abrae nondũ erat dies natiuitatis xp̃i. Unde dicunt angeli Lu. ij. Hodie natus est vobis saluator mũdi. ¶ Tertio arguit ex euãgelio Lu. x. vbi xp̃s conuersus ad discipulos ait. Multi reges: ⁊ pphete voluerũt videre: que vos videtis: ⁊ nõ viderunt. Ergo videt: q̃ nec ipse abraaz vidit qđ alij pphete nõ viderunt. ¶ In opposi. est euãgeliũ pñs. Rñdeo: dicendũ sub ista cõclusione: q̃ verũ ẽ: q̃ Abraã vidit in spũ siue cognouit p fidem: diẽ eternitatis xp̃i: ⁊ diẽ incarnationis eiusdẽ. Ista cõclusio ponit in glo. psentis euãgelij: q̃ est beati Aug. q̃ sic dicit. Diẽ videre meũ: incertuz est: an diẽ tẽporalẽ: quo erat ventur⁹ in carnẽ: an diẽ eternitatis. Sed vtrũq; Abraam vidit. Vñ ineffabile gaudiũ illi: quãdo eniz ẽ videre verbũ: apud patrẽ: ⁊ q̃ ipsuz caro factũ est. hec glo. Probatur ergo cõclusio: quo ad ambas ptes. Et primo: q̃ vidit diẽ eternitatis xp̃i. De quo dicit i Ps. Ego hodie genui te. De quo sic dicit Grego. in omelia pñtis euãgelij. Tũc quippe diẽ dñi Abraã vidit: cũ i figura summe trinitatis: tres angelos hospicio suscepit: qbus pfecto susceptis: sic tribus quasi vno locutus est: q: etsi in psonis numerus est trinitatis: in natura est vnitas diuinitatis. Qđ vero vidit diẽ aduentus illij in carnẽ: ostẽditur ex tribus. Primo: q̃ dictũ est ei. In semine tuo bñdicent oẽs gẽ

ieis terre Gen. xxij. Secundo ex iuramento: quod exegit a seruo Heliazer. Nam Gen. xxiiij. ait Pone manum tuam super femur meum: et iura mihi per deum celi et terre etc. Ex quo ut Gregorius dicit: significabatur: quod de femore eius processurus erat secundum carnem deus celi. Tertio ostenditur: quod vidit diem xpi: quando in immolatione ysaac prefiguratam cognouit passionem xpi: propter quod locus ille dictus est deus videt: ut dicitur Gen. xxij. Quia deus fecit videre Abraam occultum xpi misterium. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primam respondetur: quod visio sumitur dupliciter. scilicet large: pro cognitione: secundum quod dicitur. i. Corin. xiij. Videmus nunc per speculum in enigmate. Alio modo stricte: et sic dicitur noticia per demonstrationem: probata etiam sic distinguitur contra fidem: secundum illud ad Hebre. xi. Fides est argumentum: non apparentium. Visio autem capitur hic primo modo: put. scilicet accipitur large pro cognitione. ¶ Ad secundam respondetur negando conclusionem de cognitione fidei. Et ratio est quod ut dicit Augu. videntur presentia: sed creduntur absentia. Propter quod etiam fides similatur auditui: quia de absentibus est: sicut auditu cognoscimus: que cum sint absentia nobis recitantur. ¶ Ad tertiam respondetur: quod auctoritas illa intelligitur de visione corporali: quam habebant de xpo discipuli sui. Bene creditur: quod inter hos: qui desiderabant sic diem xpi videre: fuerit Abraam: quia ab ipso donum redemptionis expectabat.

¶ In dñica in ramis palmarum legitur passio xpi secundum Mat.

¶ Circa quod possunt hec disputari.

¶ Primo: utrum alius possibilis fuerit et conuenientior modus liberationis humani generis: quam per passionem xpi.

¶ Secundo: utrum conuenienter xpus tali die voluit cum regali honore intrare Hierusalem.



D primam. q. sic proceditur. Et videtur quod fuerit alius possibilis modus: et conuenientior. ¶ Primo sic. Dicitur Lu. i. Non erit impossibile apud deum omne verbum. Ergo quocumque alio modo potuisset nos liberare. ¶ Secundo sic. Dicit Augu. xiij. de trini. Istum modum: quo nos per mediatorem dei et hominis hominem Jesum xpm: deus liberare dignatur: asserimus bonum: et diuine dignitati congruum. Verum etiam ostendamus alium modum possibilem deo fuisse: cuius potestati cuncta equaliter subiacent. ¶ Tertio arguitur de conuenientiori. Si enim xpus subijsset mortem naturalem: nihilominus genus humanum redemptum fuisset: quia mortem soluisset: quam non debebat: et hoc fuisset sine omni peccato alicuius. Ergo videtur quod hic modus fuit conuenientior: quia vnumquodque tanto est conuenientius quanto ad ipsum pauciora inconuenientia sequitur. ¶ Quarto. Conuenientissimum videtur: quod ille qui violenter et iniuste detinet aliquid: per superioris potentiam spolietur: Sed diabolus nullum ius in homine habebat: quem per fraudem deceperat: et per quandam violentiam seruituti subiectum detinebat: Ergo videtur inconuenientissimum fuisse: quod christus diabolum per solam potentiam spoliaret: absque sua passione. ¶ In oppositum est euangelium presens: in quo dicitur Math. xxvi. Pater si non potest transire calix iste: nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Super quod verbum: tractans Anselmus libro: Cur deus homo dicit. Non potuit transire calicem: nisi biberit: non quia mortem vitare nequiuerit: sed quia aliter mundus saluari non posset: Ergo videtur quod alius modus non fuerit possibilis. Secundo sic. Dicit Augustinus. xiij. de trini. Sanande nostre miserie conuenientior alius modus non fuit: quam per christi passionem. Respondeo dicendum circa possibilitatem: quod aliquid dicitur possibile vel impossibile dupliciter. Uno modo simpliciter et absolute. Alio modo ex suppositione. Qua diuisione posita: sit ista prima conclusio. Simpliciter et absolute loquendo: possibile fuit deo alio modo hominem liberare: quam per passionem xpi: quia ut dictum est: non est impossibile apud deum omne verbum Lu. i.

Secūda cōclusio:loquendo de possibili:ex
aliqua suppositione facta:non est possibilis
alius modus liberationis humani generis
q̄3 per passionē xp̄i:Ista conclusio p3.ꝑmo
q: est impossibile ꝑscientiā dei falli:⁊ eius
volūtatē seu dispositionē cassari:Sz ꝑscien
tia dei ⁊ volūtas dei fuit:q; genus humanū
hoc mō liberaret:Ergo facta hac suppositi-
one fuit impossibilis alius modus libera
tionis. Secūdo sic. Fidei nō pōt subesse fal
sum:Sed antiqui patres crediderūt christū
passurū:Ergo nō potuit esse:quin pateret.
Circa cōuenientiā istius modi sit ista cōclu
sio tertia ex pte nostra. Cōueniētior modus
esse nō potuit:q̄3 per passionē xp̄i:sed tamē
deo nō aufertur potētia:quin potuisset aliū
conuenientiorē moduz:cuius potētia limitata
nō est. Sz hoc eēt ꝑm aliū ordinē rebus im
positū. Ista cōclusio sic declarat. Tanto ali
quis modus cōuenientior est ad cōsequen-
dū finē.quāto per ipsum plura cōcurrunt:
que sunt expedientia fini. Per hoc autē:q:
homo per passionez xp̄i est liberatus:mul-
ta cōcurrūt ad salutē hoīs pertinentia:ꝑter
liberationez a peccato. Primo enim. Per
hoc homo cognoscit quātū deus diligit ho
minē:⁊ per hoc ꝓuocat ad eū diligendū:
in quo ꝑfectio humane salutis consistit. Unde
Apostolus dicit ad Ro.v. Cōmendat deus
caritatē in nobis:quoniā cū inimici essemus
xp̄s pro nobis mortuus est. Secūdo:q: per
hoc dedit nobis exemplū obediētie:humi-
litatis:cōstantie:iusticie:⁊ ceteraꝝ virtutuz
in passione xp̄i ostēsarū:que sunt necessa-
rie ad humanā salutē. Unde dicit.i.Petri.ij.
Christus passus est pro nobis:nobis relin
quēs exēptū:vt sequamur vestigia eius. Ter
tio:q: hoc ad maiorem dignitatez cessit:vt
sicut homo victus fuerat:⁊ deceptus a dia
bolo:ita etiā homo esset:qui diabolū vince
ret. Et sicut homo mortez meruit:ita homo
moriēdo mortē superaret vt p3.i.Cori.xv.
Deo gratias:qui nobis dedit victoriā per
Iesum xp̄m. Et ideo cōuenientius fuit:vt p
passionē xp̄i liberaremur.q̄3 per solā volū
tatē dei. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad pmā
⁊ secundā rn̄detur:q; loquunt de possibili
simpliciter ⁊ absolute. Hoc enim mō:alius mo-
dus fuit possibilis. ¶ Ad tertiam rn̄detur
dupliciter. Primo negādo ꝯn̄am. Et rō e:
q: xp̄s pro oībus peccatis:quātum ad suffi
ciētiaz debuit satisfacere:nō solū pro origi-
nali:sed etiam ꝓ actuali:pro quo infligi vio
lēta mors. Et ideo vt sua satisfactio:vtrūq3
peccatū cōprehenderet:decens fuit vt mor
te turpissima:quantū ad genus mortis:mo
reretur:vt sic nō soluz sub angelis descēde
ret per mortē:s3 etiā sub hoībus per genus
mortis:quātuz ad acerbitatē:⁊ turpitudinē
nec peccatū alioꝝ aliquid de cōuenientia sa-
tisfactiōis adimit:quia satisfactio non est ex
parte infligentiū passionez:sed ex parte pa
tientis: Secūdo rn̄detur negādo etiā ꝯn̄az
Et ratio est:qa sicut dicit Criso. Christus nō
sui mortē:quā nō habebat:cum sit vita:sed
hominis mortē venerat cōsumpturus. Unde
nō ꝓpria morte corpus deposuit:sed ab ho
minibus illatā sustinuit:si etiam egrotasset
corpus eius:⁊ in conspectu oium solueret:
incōueniens erat:eū qui alioꝝ languores sa
nare:habere ꝓpriuz corpus affectuz lan-
guoribus:etiā3 si absq3 alio morbo seorsuz
aliter corpus deposuisset:ac deinde se offer
ret:⁊ nō crederet ei:de resurrectiōe differ-
renti. Quō enim pateret xp̄i in morte vic-
toria:nisi corā omnibus eā patiens:per in
terruptionē temporis ꝓbasset extinctam?
¶ Ad quartā respōdetur negando ꝯn̄am.
Et rō:quia licet diabolus iniuste inuaserit
hominem:tamen homo per peccatuz iuste
erat sub seruitute diaboli derelictus a deo.
Et ideo cōueniens fuit:vt per iusticiam hō
a seruitute diaboli liberaretur: xp̄o satisfa-
ciente pro ipso:per suam passionē. Fuit etiā
hoc cōueniens ad vincendā supbiā diaboli
qui est destructor iusticie ⁊ amator peccati:
vt xp̄s vinceret:⁊ hoīem liberaret:nō per
solam potentiam diuinitatis:sed etiam per
iusticiam:⁊ humilitatem passiōis:vt Augu
stinus dicit.xiij.de trinitate:

D scdam.q.sic procedit. Et videtur: q nõ fuit cõueniens q xps intraret nunc Hierusalé cũ regali honoꝛe. ¶ Primo sic. Legimus Joã.vi.q xps fugit in montem: qñ vidit q hoies illi: quos de quinqz panibus ⁊ duobus piscibus sanauerat: venturi erãt: vt facerent eũ regẽ. Ergo videtur: q incõuenienter nũc a turbis honoꝛẽ regalẽ sibi impendi pmisit. ¶ Scdo sic. Cõuersatio xpi dbuit eẽ vniformis. Sed aliis vicibus quibus intrauit Hierusalez: nõ intrauit hoc modo: sz pedes ⁊ sine turbarũ laudibus: ⁊ cum ramis: Ergo videtur: q nũc nõ cõuenienter intrauit. ¶ In oppo.est euangeliũ pñs. Rñdeo dicendũ sub tali pclusione: q conuenientissime xps intrauit nunc Hierusalẽ illo mõ q describitur in euangelio: Que cõclusio ostẽditur in singulis circũstantiis aduentus sui in Hierusalẽ. Primo quidẽ dicitur cũ appropinquaret Jesus Hierosolimis. Cõueniẽs enim fuit q xps passurus: appꝛopinquaret loco passionis: vt per hoc clarescceret: q nõ inuitus sed sponte pateret: sm illud ysa.liii. Oblatus est: quia ipse voluit. Scdo vt dicit Beda ante quinqz dies pasce venire voluit sicut ex Jo. euãgelio didicimus: vt per hoc etiam ostenderet: se esse agnũ immaculatũ: q tolleret peccata mũdi. Agnus quippe paschalis: cuius immolatione populus israel est ab egiptiaca seruitute liberatus: ante quinqz dies pasche.i.decima die mẽsis primi iubebat tolli. Quartadecima aũt luna ad vesperũ iussus est immolari: significãs eũ: qui nos suo sanguine redẽpturus: ante quinqz dies pasche.i.hodierna die: magno pcedentiũ sequentiũqz populoꝝ gaudio: ⁊ laudatione: deductus venerit in tẽplũ dei. Tertio vt idem dicit. Beda. Sic a turbis: sic rex appellari voluit: vt per hoc eruditus qsqz cognosceret ipsũz eẽ regẽ: quẽ sic pphetia venturũ olim pmissa significauerat zacha.ix. dicens. Dicite filie syon: idest Hierusalez: ecce rex tuus venit tibi mãsuetus: sedens super asinã: ⁊ pullum filiũ subiugalis. Ubi vt dicit Albertus magnus: xps describitur ab Octauiano. Primo ab euidentia venientis: cũ dicitur ecce ysa.xl. Uidit ois caro salutare dei. Scdo a dignitate potestatis: ibi rex. ysa.ix. Dñs legifer noster: deus rex noster. Tertio cõnaturalitate hominis: quia tuus q generalitatẽ habuit: cũ iudeis per humanitatem assumptã ysa.ix. Paruulus natus est nobis ⁊c. Quarto appꝛopinquatione amoꝛis: ibi: venit. Prouer.viii. Delicie mee solẽt esse cũ filiis hoium. Quinto ab vtilitate operis redẽptionis: cũ dicitur: tibi.i.ad vtilitatẽ tuã. Sexto ab optimo habitu coꝛdis: cũ dicitur mãsuetus Mat.xi. Discite a me: q mitis sum ⁊c. Septimo a quiete regiminis: cũ dicitur sedens: quies regiminis: in quo regnauerat cõcupiscentia sz residet trãquilla sapientia. ysa.xvi. Preparabit in misericoꝛdia soliũ eius ⁊c. Octauo ab humilitate cõuersatiõis: ⁊ a simplicitate subiectionis: cuz dicitur super asinã: ecce humilitas: ⁊ pullũ filiũ subiugalis: ecce simplicitas: sine duplicitate factus seculi. Hoc aũt nõ sic intelligẽdũ est: q sederit sup vtrũqz simul: ⁊ successiue: q pmo sedit super pullũ: q tñ non erat domitus: q adhuc nõ erat applicatꝰ humanis vsibus: vt habet Marci.xi. ⁊ Lu.xix. Ideo sedit postea super asinã. Hoc aũt factũ est in figura: quia per pullũ significabat populus gẽtilis: q nõ fuerat subiectus iugo legis. Per asinã vo populus iudaicus: qui laboꝛauerat sub lege. Ad hoc veniebat aũt xps: vt vtrũqz populũ subiugaret sibi per fidẽ catholicã. Et sic xps adipleuit hoc: qd celebri fama diuulgatũ erat. zacha.ix.quod venturus esset in Hierusalẽ: in paupertate: ⁊ humilitate: sedẽs sup asinã: ⁊ pullũ eius: vt dictũ est: Qd vero similiter pphetatũ erat per zachariã: q in aduentu xpi in Hierusalẽ: super asinã ⁊ pullũ: ciuitas Hierosolima exultaret: ⁊ letaretur: hoc adimpletũz ẽ. Et hoc in tribus. Primo quia dicitur: q plurima turba strauerũt vestimẽta sua in via: q

hoc fuit in signū exultationis: τ honoris: et
ne asina τ pullus offenderent pedes suos
ad lapides. Secundo in eo qđ dicitur: alij
scindebāt ramos de arboribus τc̄. Uiridi
tas ramorū erat signū leticie τ exultatiōis.
Tertio in eo ꝙ dicitur: ꝙ clamabāt dicēdo
osanna. i. salua nos obsecro salute celesti. Et
sic oia cōuenientissime sunt impleta. ¶ Ad
rōnes in oppo. ¶ Ad pmā rńdetur negan
do ꝯńam. Aliud enim est sumere ab homi
nibus dignitatē regiā: qđ nō ꝯueniebat xp̄o:
qui erat omnis terre deus: τ rex regum: et
princeps regū terre. Aliud est suscipere ho
norē sibi debitū: τ a prophetis denunciatū.
¶ Ad scđam rńdetur negādo ꝯńaꝫ. Et rō
est: quia honor erat ꝓphetatus exhiberi ei
illo tempore: τ nō alio. Et ideo voluit tunc:
τ nō ante: Nec propter hoc fuit veritas fa
cta aliqua in eius cōuersatione: sicut nūc in
rege: qui in primo ingressu ciuitatis suscipi
tur cum honore aliquo: cum quo nō suscipi
tur alijs vicibus quibus ingreditur.
¶ In feria secunda legitur euangeliū. An
te sex dies τc̄. Jo. xij. Circa qđ possunt
hec disputari.
¶ Primo: vtrū ꝯueniēs fuit: vt xp̄s super
caput suū vnguentuꝫ tanti precij superin-
fundi permitteret.
¶ Secūdo: vtrū xp̄s cōuenienter loculos
cum pecunia secū portari permiserit.
¶ Tertio: vtrum cōuenienter loculos pe-
cunie portando Jude cōmiserit.
AD primaꝫ sic proceditur. Et
videtur ꝙ nō fuit cōueniens
ꝙ xp̄s vnguentum tanti ꝑcij
super caput suuꝫ superfundi
pmitteret. ¶ Primo: quia
hoc ad lasciuiā quandā expectare videtur.
¶ Secūdo: ꝙ visuꝫ est oībus discipulis in
ꝯueniens. Uñ aiunt. Ut quid perditio hec
Potuit enim venūdari: τ dari pauperibꝰ.
¶ Tertio sic. Hoc enim nō videtur conue
nire cū doctrina: quā xp̄s docuit: in qua cō
mēdat misericordiā maxime. ¶ In oppo. ē
euangeliū pńs. Rńdeo dicendū ꝙ ꝯuenié
ter xp̄s permisit super caput suū superfun
di predictum vnguentū. Unguentuꝫ auteꝫ
dicitur liquor preciosus de re aromati
ca expressus: sicut aqua rose acea exprimit
ex rosis. Ista cōclusio pꝫ ex duobus. primo
ex cōmendatione operis facti. Uñ xp̄s i ex
cusatione facti: quā fecit: dicit. Quid mole-
sti estis huic mulieri? Quasi diceret. Sine
causa. Bonū enim opus operata est in me
Nam pauperes semper habebitis vobis-
cū. Quasi diceret. Semper potestis recu-
perare ad faciendū illis elemosinā: me aūt
non semper habebitis: visibiliter vobiscuꝫ
conuersantem. Ecce qđ dicit bonū opꝰ id
fuisse. Secūdo pꝫ ex cōmendatiōe mulieris
cū ait. Amen dico vobis: ꝙ vbicūqꝫ predi
catuꝫ fuerit hoc euangeliuꝫ: dicetur: ꝙ hoc
fecit in memoriā. i. ad laudeꝫ eius, recitabit
tanqꝫ factū vn̄ mosuꝫ. Secūdo: nota ꝙ mul
ta bona fiunt: de qbus si peteretur consiliū
anteqꝫ fiant: nō sineremus: ꝙ fierent: ꝙ: for
te fieri possent meliora. Postqꝫ tñ iam inci
piunt fieri: dū bona sint: nō sunt prohibēda
Et vt dicit Criso. Dicit forte Jesus anteqꝫ
mulier effudisset vnguentum: elegisset po-
tius dare pauperibus: nunc vero ꝙ iam fa
ctum erat: prohibentes compimit dicens.
Sinite illā. i. nolite prohibere. ¶ Ad ratio
nes in oppo. ¶ Ad primā rńdetur negādo
assumptum. Pro quo nota: ꝙ vt dicit Au
gu. de doctrina xp̄iana: aliter estimaſ aliqd
in persona cōmuni: aliter in persona ꝓphe
tica: ꝙ in persona cōmuni estimaretur ſm
factuꝫ. In persona prophetica ſm suā signi
ficationē. Nūc dico: ꝙ illa perfusio vnguē
ti: in persona cōmuni significaret lasciuiaꝫ.
In persona prophetica significationeꝫ sui.
Uñ xp̄s permisit illud vnguentū superin-
fundi: propter significationem. Significat
enim sepulturam xp̄i: vt ipse dicit. Ad sepe
liendū me: hoc fecit. Quasi diceret. In hoc
facto prefiguratur sepultura mea: futura ī
ꝓpinquo. ¶ Ad secūdaꝫ rńdetur negādo
ꝯńam. Nec iudiciuꝫ discipuloꝝ cōparāduꝫ
est iudicio xp̄i. Unde xp̄s refellendo argu-

menta eorū: dixit eis. Uos potestis recuperare ad benefaciendū pauperibus: sed nō potestis recuperare ad vngēdū me corporaliter: quia me nō semper habebitis. s. pñtia corporali ad habitandū vobiscū in carne passibili: que indiget tali vnctione. Per hoc pꝫ: ꝙ aliquod opus minus necessariū pōt preponi magis necessario: qñ imminet casus: quo illud minus necessariū nō potest alias recuperari. ℭ Ad tertiā rñdetur negando assumptum. Hec enim vnctio: cum fuerit opus pietatis ꝛ misericordie exhibite xpo: in nullo derogat doctrine xpi: de exhibenda misericordia: sed magis consonat.



D scdam. q. sic ꝑceditur. Et videt ꝙ xp̄s incōueniēter loculos secū portari pmisit. ℭ Primo sic. Non fuit cōueniens xpo: portare qd aliis ꝓhibuit: Sed aliis s. discipulis suis ꝓhibuit portare pecunias Mat. x. Nolite possidere aurū: nec argētum: nec pecuniā in zonis vestris: nec perā in via: Ergo ꝛc. ℭ Scdo ex illo Mat. vi. Ne solliciti sitis anime vestre: qd mādu cetis: nec corpori vestro quid induamini. Ubi manifeste prohibet loculos habere. ℭ Tertio. Idem arguitur ex illo Math. vij. vbi ipse prohibet de crastino cogitare dicens. Nolite solliciti esse in crastinū. Sed qui prohibet de crastino cogitare: prohibet loculos habere: Ergo ꝛc. ℭ In opposi. est euangelium pñs. Et Aug. super Jo. Et habetur. q. xxij. c. Exēplum. Rñdeo dicendū ꝙ cōueniens fuit: vt xp̄s loculos haberet: ī quibus reponerētur necessaria in custodiā que administrabātur sibi a fidelibus in sustentationem suam ꝛ suorū. Ista conclusio habetur in multis locis. Pro quo notādū sicut plenius notauimus super decreto in ꝑdicto. c. Exemplū: ꝙ quadruplici de causa xp̄s loculos habuit. Primo ad sustētatiōes pauperū: vt dicit Hierony. super illud Jo. xiij. Deus nō perā inquit: nec virgā: nec eis iubēs deferri: marsupiū ferebat: ad inopū ministeriū. Hoc estimauerūt discipuli: cum dixit Jude: qd facis: fac cito: vt aliqd inopibus daret. Scdo cōueniēter dicitur habuisse loculos: vt haberet: vnde emeret necessaria ad vsus suos ꝛ suoꝝ: propter imminētē necessitatē. Tali de cā habuit loculos: qñ transiuit per Samariā: sicut legitur Jo. iiij. Samaritani eni, erāt inhospitales iudeis. Unde dicitur Luc. ix. ꝙ cū venit in Hierusalē: samaritani noluerunt eum recipere. Et hac de causa discipulis habere permisit loculos. Uñ Lu. xxij. dicit. Qñ misi vos sine baculo: sine pera: nunquid aliqd defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil. Dicit ergo eis. Sed nūc qui habet sacculum: tollat similiter ꝛ perā, vt dicit quedā glo. In hoc datur nobis exemplum: vt nōnunꝗ cā instante de nostri rigore ꝓpositi: intermittere possimus. Tertio conuenienter xp̄s habuit loculos: cā cōdescēsus infirmis: dans eis exēplum: vt sibi prouideant. Forte enī nisi xp̄s loculos habuisset: putaret aliqs peccatū eē si sibi in posterū necessaria ꝓuideret. Uñ Augu. in libro de sermone dñi in mōte dicit. Hoc aūt dico: vehemēter cauendū ē: ne forte cū videris aliquē seruū dei prouidere: ne necessaria desint: vel sibi vel eis: quoꝝ cura ei cōmissa est: iudicemus eū cōtra preceptū dñi facere: ꝛ de crastino esse sollicitū. Nā dñs: cui ministrabant angeli: propter exemplum: ne quis postea scandalizaretur: cum aliquem seruorum eius animaduertisset ista necessaria procurare: loculos habere dignatus est: vsibus necessariis: quicqd opus fuisset preberet. Quarto cōueniēter xp̄s loculos habuit: vt dicit Augusti. super Jo. ꝛ habetur in prefato. c. exemplum. Exēplum domini accipite cōuersantes in terra: quare habuit loculos: cui angeli ministrabant: nisi quia ipsius ecclesia loculos habitura erat. ℭ Ad rationes in oppositum. ℭ Ad primam respondetur negādo consequentiā. Et rō est: vt dicit Albert⁹ magn⁹. Nō ꝓhibuit portari aurū ꝛ argētū: sine loculos: nisi qñ misit ad iudeos: apud q̄s semp

fuit imposita decima pauperū:ad quā reci
piebant doctores:⁊ pdicatores:ita vt nihil
eis deficeret. Uñ aūt ad alios misit:⁊ qñ iā
exosi fuerūt hoībus:dedit auctoritatē por
tandi loculos:vt patet Lu.xxij. ¶ Ad secū
dā rñdetur negando pñam. Et rō est:q: au
ctoritas illa Mat.vi.intelligit de sup̄flua ⁊
inordinata solicitudine. ¶ Ad tertiā rñde
tur negando pñaz. Et rō est:q: vt dicit Au
gu.libro de opere monachoꝝ cū dñs dixit
nolite soliciti esse ⁊c. Nō dedit intelligere:
vt nihil pecunie seruaretur a sanctis:sed q
deo non pro pecunia seruatur: ⁊ propter
inopie timorem:iusticia deseratur.

D tertiā.q.sic proceditur. Et vi
a detur q nō fuit conueniens:vt
xp̄s loculos pecunie portandos
cōmiserit Jude. ¶ Primo sic.
Dñs sciuit iudā fur ē:Ergo cōmittendo si
bi loculos dedit sibi occasionē peccandi:⁊
facultatē faciendi dānū sibi ⁊ pauperib⁹.
¶ Secūdo sic. Incōueniēs est:dare benefi
ciū:aut officiū scienter homini:quē scit idi
gnū:Sz xp̄s sciebat Judā indignū esse:Er
go ⁊c. ¶ Tertio q̄ritur:quare nō corripuit
eū:cū sciret eē talē. Et videt hoc incōueniē
ter factū:cū xp̄s ōdit doctrinā Mat.xviij.
Si peccauerit in te frater tuus corripe euz
⁊c. ¶ In oppo.est euāgeliū. Rñdeo dicen
dū:q cōuenienter fecit xp̄s:loculos cōmit
tendo Jude. Et hoc ꝓpter tres rōnes. Pri
ma:q tangitur in.c.p̄dicto. Exēplum vt ec
clesia eius fures cū patitur:tolleret. Et ē rō
Augu.q: nō videtur bonus:qui malos tol
lerare nō potuit. Uñ dicitur can.ij. Sicut li
lium inter spinas:sic amica mea īter filias.
Scdo cōmisit loculos custodiendos Jude:
vt ei oēm occasionem ꝑditionis auferret:
cū haberet ex loculis cōcupiscentie mitiga
tionē:Sz sicut dicitur eccle.v. Auarus non
implebitur pecunia. Tertio cōmisit loculos
Jude:vt doceret:q sp̄ualia sunt maioribus
cōmittēda:temporalia vero minus dignis.
Uñ dicit Albertus. Dñs de temporalib⁹
nos minorē curā semper habere docuit. Et
ideo cōtemptibiliores ad curā tēporaliū po
nere:sic p3 Act.vi.vbi Petr⁹ posuit alios
ad procurandum viduis ministerio quoti
diano temporaliū:de se aūt ⁊ alijs apostolis
dixit. Nos aūt ministerio verbi:⁊ orationi
instātes erimus. Judas aūt minor erat iter
apostolos. Uñ vltimus inter eos nominat
vt p3 Mat.x.⁊ Mat.iij. ¶ Ad rōnes in
oppositū. ¶ Ad primaz rñdetur:iuxta Al
bertū magnū sup Jo.q qñ cōmissi sunt lo
culi Jude:fur nō erat:sed iustus ƀm presen
tem iusticiam:⁊ postea facultatē habēs:fa
ctus ē fur. In quo nos docuit:q in electio
nib⁹:sufficit nobis p̄ntem iusticiam attende
re:q: de futuris qualis quis erit nō possu
mus scire. ¶ Ad secūdam rñdetur eodem
mō:q: tunc qñ cōmissi sunt ei loculi:dign⁹
erat. ¶ Ad tertiā:cū queritur:q̄re xp̄s euz
non corripuit:dicendū est iuxta Albertū q
nō corripuit:q: nō sciuit vt homo:sed vt ds
docens nos nullum debere corripere de q̄s
que nō nisi vt deus scimus.

¶ In feria tertia legitur passio ƀm Mar
cum. Circa quā passionē possunt he que
stiones disputari.

¶ Ad primaz:vtrū Petrus peccauit mor
taliter negando xp̄m.

¶ Secunda:vtrū postq̄z xp̄s predixit Pe
trum se negaturum:fuit possibile Petrū
nō negare xp̄m.

¶ Tertio:vtrum oēs Apostoli fugientes
capto xp̄o:peccauerunt mortaliter.


D primam.q.sic proceditur.
Et videtur q Petrus negā
do xp̄m nō peccauit mortali
ter. ¶ Primo sic. Dicit enī
quedā glo.q peccauit ꝑ sur
rectionē:Sz peccatū per surrectionē est ve
niale:⁊ nō mortale. Uñ primi motus:q per
surrectionē fiunt:venialia sunt:Ergo Pe
trus negādo xp̄m peccauit venialiter ⁊ nō
mortaliter. ¶ Secundo sic. Dicit Bernar
dus in libro de diligendo deo:q in Petro
fuit caritas sopita:non extincta:Sed ꝑ pec
catum mortale caritas extinguit:Ergo Pe

trus nõ peccauit mortaliter. ¶ In oppo. ẽ
euangeliũ pñs: vbi dicit manifeste: ꝙ Pe
trus mentitus est: negãdo xp̃m in fide: q̃ cõ
fessus fuerat xp̃m esse filiũ dei Mat. xvi.
Ergo Petrus negãdo xp̃m peccauit mor-
taliter: ſm illud Ps. Perdes oẽs: qui lo-
quũtur mendaciũ. R̃ñdeo: dicendum sub
ista cõclusione: ꝙ Absq; dubitatione Pe-
trus negãdo xp̃m peccauit mortaliter. Pz
ista cõclusio: tũ ex. c. illo Ambrosij imitare
Petrũ. vi. q. i. vbi istã. q. longius disputaui
mus. Sic ꝯo pz ex illo Gregorij: qui in mo
ralibus ait: ꝙ Petrus ex ipsis faucibꝰ dia
boli eripitur: Sed in faucibus diaboli non
est quis: nisi per peccatũ mortale: Ergo petrꝰ
negando xp̃m peccauit mortaliter. Tertio
pz iuxta sctm̃ Tho. in quodã quolibeto. pe-
trus negauit fidẽ xp̃i: vbi periclitabatur: ⁊
eius confessio requirebatur. Or ẽ enĩ confes
sio fit ad salutem Ad Ro. x. Ubi innui vi-
detur: ꝙ in tali causa: cõfessio fidei sit de ne
cessitate saluti. ¶ Quarto pz ex illo Mat.
x. Qui negauerit me corã hoĩbus: negabo
eũ coram patre meo: Sed nemo negatur a
xp̃o corã patre suo: nisi ꝓpter peccatũ mor-
tale: Ergo ꝯclusio vera. Quinto: conclusio
pz ex eo ꝙ negatiõi adiũxit periuriũ ⁊ blas
femiã. Nã vt dicitur Mat. xxvi. Cepit de
testari: ⁊ iurare: ꝙ nõ nouisset hoiẽ. ¶ Ad
rõnes in oppo. ¶ Ad ꝑmã r̃ñdetur: iuxta
sanctũ Tho. vbi. s. ꝙ surrectio dupliciter ac
cipitur. Uno modo ſm ꝙ opponitur deli
berationi: ⁊ sic primi motus dicuntur eẽ ex
surreptione. Sic autẽ petrus ex surreptio
ne nõ peccauit. Alio mõ accipit surreptio
ſm ꝙ opponitur electiõi: ⁊ sic Petrus ex
surreptione peccauit: ꝙ nõ peccauit ex ele-
ctione: quasi ex certa malicia: ſ ex passione
timoris: talis autem surreptio nõ excusat a
mortali: sicut pz in incõtinenti: qui fornica-
tur: motus cõcupiscentia cũ haberet ꝓposi
tũ cõtinendi. ¶ Ad secundã etiã r̃ñdetur: ꝑ
sanctũ Tho. ꝙ beatus Bernardus impro
prie loquitur. Et vt eius verbũ verificetur:
intelligẽdũ ẽ de quadã dilectiõe familiari-
tatis: quã Petrus ad xp̃m cõceperat: que i
eo mãsit: etiã post negationẽ. Uel si intelliga
tur de dilectiõe gratuita: intelligendũ ẽ: ꝙ
nõ fuit extincta ſm ꝑdestinationẽ diuinã: q
eius penitẽtiã ꝑparabat: q̃ʒuis eẽt ex se ex
tincta. Permissus autẽ est a deo petrus ca
dere: tũ vt nullus: quãtũcunq; iustus: deat
se iactare de cõstãtia: vt dicit Ambrosius in
ꝑdicto. c. imitare: tum secundo vt dicit Gre
gorius in. c. Considerandũ di. i. vt is q fu
turus erat pastor ecclesie: in sua culpa disce
ret: qualiter alijs misereri debuisset.



D secũdã. q. sic procedit. Et
videt ꝙ postq̃ ꝑdixerat xp̃s
petrum eũ negaturũ: ꝙ pe
trus nõ potuit eũ nõ nega-
re. ¶ Primo dicit Math.
xxiiij. Celũ ⁊ terra transibunt: ꝟba autem
mea nõ trãsibunt: Sed verbũ xp̃i factum
Petro: fuit: ter me negabis: Ergo illud ꝟ-
bũ xp̃i necessario implendũ: Ergo petrus
non poterat nõ negare. ¶ Scdo sic. Veri-
tas nõ põt falli. Sʒ xp̃s est veritas Jo. iiij.
Ergo falli nõ poterat. Ergo petrus nõ po
terat xp̃m nõ negare. ¶ Tertio sic. Sciẽtia
xp̃i cum esset sciẽtia dei: est inuariabilis: Er
go necessario venturum erat: ꝙ xp̃s fiẽdũ
preuiderat: Sed preuiderat petrum nega-
turũ: Ergo petrus potuit nõ negare. ¶ In
oppositum videtur euãgelium hoc: in quo:
vt visum est in. q. pma Petrus negando
xp̃m peccauit: Ergo nõ necessitate: sʒ libere
⁊ voluntarie: ꝙ ſm Augusti. peccatũ adeo
est voluntariũ: quod si nõ est voluntariũ:
nõ est peccatum. R̃ñdeo: dicendũ ꝙ du-
pliciter possumus loq ꝺ Petro. Uno mõ
ſm se cõsiderato. Et sic dicimus: ꝙ eius ne
gatio erat contingens: ⁊ ad vtrumlibet: qa
eius potentia libera: libere poterat ad op-
posita. s. ad negare ⁊ nõ negare. Scdo mo
do potest cõsiderari vt cadit obiectiue sub
actu preuisionis: vel predictionis negandi.
Et sic dicimus: ꝙ necessarium erat ipsum
negare. Sed quia illud quod cõuenit alicui
ſm se ⁊ absolute: conuenit sibi simpliciter.

Quod aũt cõuenit alicui ex aliquo: ꝯuenit
sibi ꝭm quid. Unde negatio petri: post pre
dictionem xp̃i: simpliciter erat contingens
& ꝭm quid necessaria: quia solum ꝭm quid
cadit sub actu predicendi: & non ꝭm eẽ. Ne
cessitas autem ꝭm quid: stat simul cum con
tingentia simpliciter: sicut patet per Phi-
losophum p̃mo Periermenias: sicut albuꝫ
ꝭm quid: & nigruꝫ simpliciter: sicut moueri
sortẽ est contingens simpliciter: sed moueri
dum currit: est necessarium. Unde cõmuni
ter distinguitur ista propositio. Omne sci-
tuꝫ a deo: necesse est esse: quia potest eẽ de
dicto: vel potest esse de re. Et si sit de dicto
vera est: & si est de re est falsa. Et sic ad que
stionem respondetur: ꝙ Petrus simplici-
ter non necessario: sed libere & contingẽter
negauit: & potuit non negare. Scḋm qd au
tem: scilicet ꝭm ꝙ subiacet predictioni xp̃i:
non potuit non negare: ita vt ibi sit necessi
tas consequentie: & non ꝯsequẽtia. ¶ Ad
rationes in oppositum: omnes quasi solui
tur vnica responsione: que patet ex dictis.
¶ Ad primam respondetur negando con
sequentiam simpliciter: & concedendo ꝭm
quid: scilicet ꝭm ꝙ cadit sub actu p̄uisiõis
& predictionis xp̃i. ¶ Ad secundaꝫ eodem
modo respondetur: ¶ Ad tertiam respon
detur per distinctionem datam: vel negan-
do consequentiam. Et ratio est: quia scien-
tia dei: non est tãtum quod res eueniat quo
cunqꝫ modo: sed quod res eueniet contin-
genter: vel necessario. Et ideo ꝙ diuina ꝑ
uidentia disponit: euenire infallibiliter & ne
cessario & infallibiliter eueniet. Contingen
ter vero quidem ꝙ diuine prouidentie rõ
habet vt contingenter eueniat.

D tertiam. q. sic proceditur. Et
videtur ꝙ non omnes apostoli
fugientes: xp̃o capto: peccaue-
rũt mortaliter. ¶ Primo: quia
si omnes Apostoli tunc peccauerunt mor-
taliter: videretur ꝙ fides ecclesie ꝺfecisset:
Sed hoc non est dicendum: quia fides ec-
clesie nunqꝫ defecit ꝭm illud. Osee. Despõ
sabo te in fide in sempiternum. ¶ Secũ
do sic. Petrus & apostoli alij significabant
ecclesiam vniuersalẽ. Unꝺ Aug. dicit. xxiiij.
q. i. Quodcũqꝫ. quod significabat ecclesiaꝫ
vniuersalem: Ergo si petrus & omnes apo
stoli peccassent: tota ecclesia defecisset.
¶ Tertio sic. Apostoli capto xp̃o fugierũt
ex timore: qui poterat cadere in constanteꝫ
virum: Ergo videntur excusabiles a pecca
to. Cõsequẽtia videtur bona. ¶ In oppo.
est euãgeliũ pñs: vbi dicitur. Oẽs scanda-
lum patiemini in hac nocte glo. interli. i. ab
vnitate fidei soluentur. Nicolaus de lira. i.
ruinam in peccatum patiemini propter ti-
morem mundanum. Respõdeo: dicendum
sub ista conclusione: ꝙ in passione om-
nes apostoli a xp̃o recedentes peccauerunt
mortaliter. Ista cõclusio pꝫ ex multis locis
sacre scripture: que nos diffuse deduximus
in summa nostra de ecclesia li. iij. c. lxi. De
quibus inducamus tria. Primo est illud
Ps̃. Oẽs declinauerunt. Super quo ita i-
quit Hiero. Nũc Ps̃. de passione xp̃i refe
runt: qm̃ oẽs dñm reliquerunt: in tantum
vt Petrus quoqꝫ: qui apostoloꝝ fuit prin
ceps negaret. Itẽ secũdo ex illo qḋ sequit.
Nõ ẽ q faciat bonũ nõ ẽ vsqꝫ ad vnũ. Sup
quo dicit Hieron. Sic hic apparet: ꝙ iste
Ps̃. de passione pertinet: ꝙ nullus de di-
scipulis nec Petrus qui caput ecclesie est
quia & ipse negauit. Tertio pꝫ p illud Ps̃.
Multiplicati sunt sup capillos capitꝫ mei
&c̃. Ubi dicit glo. Tẽpore passionis reces-
serunt iudei a xp̃o: & etiam apostoli: eo ve-
ro resurgente redierunt apostoli: sꝫ non iu
dei. Hoc igitur rõne ostẽditur: quia casus
tunc fuit: in quo de necessitate salutis erat
oris confessio facienda: tum quia periclita-
batur fides xp̃iana: tum ad instructionem
aliorum fideliũ: vel ad cõfirmationẽ: vel re
primendũ infideliuꝫ exultationẽ. Unꝺ super
illud de presenti di. i. in. li. iij. ijs auctoritati-
bus dicit Hu. & Archi. Mortuo xp̃o Pe
trus & alij apostoli defecerunt in fide xp̃i: &
dubitantes de eo peccauerũt mortaliter: in

quo oēs apostoli defecerūt. Vñ manifestuꝫ est: oēs peccasse mortaliter. Et vt dicit sanctus Tho. super Mat. i eodē loco Aggrauat peccatū apostoloꝝ ex ꝓpinquitate temporis: quia post tantas ammonitiones: post sacramētū susceptionē: iā obliti erāt: que fecerat eis ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primā rñdetur negando ꝯñam: tuꝫ quia i beata virgine dicitur itegerrime permansisse. Vñ in signum huius: vt dicit Guillermus in rōnali diuinoꝝ officioꝝ. Candela que occultat in diebus tenebrarum ebdomade sancte: per totam xpi ecclesiaꝫ: designat xpi fidem in virgine gloriosa remāsisse: p quaꝫ oēs fideles docti ⁊ illuminati sunt. Et idem dicit Alexander de ales in tertio. Cum secundo ꝯña illa nō valet: quia cuꝫ circūcisio: tempore illo secundū veriorem opinionem conferebat gratiam ⁊ virtutes. Vñ dicebatur signaculum iusticie fidei. Dicit enim Augusti. ad Valerianū cōtra Julianū. Ex quo est instituta circūcisio qͦ erat signaculū iusticie: diem ad sanctificationeꝫ valebat: paruulis: ad emundationē peccati originalis: sicut ⁊ baptism⁹. Et vt dicit sanct⁹ Tho. circuncisio conferebat gratiam: inquātuꝫ erat signum passionis xpi future: ita. s. ꝙ hō qui accipiebat circūcisionē: profitebat se suscipere talē fidē: vel adultus pro se: vel ali⁹ ꝓ paruulis. Vñ ⁊ Apostol⁹ dicit ad Ro. iiij. ꝙ abraam accepit signū circuncisionis iusticie fidei: Sed cum multi essent tempore mortis xpi paruuli innocentes circuncisi: ⁊ per ꝯñs habentes gratiam iustificantem: ⁊ habitum fidei: manifestum est: ꝙ apostolis omnibus deficientibus in fide: ꝙ nō sequeretur: ꝙ omnino fides deficeret ecclesie: q: paruuli illi ecclesie membra erant. ¶ Ad secūdā rñdet eodem modo. Petrus etiā: cū nōdum esset constitutus caput ecclesie: non figurabat ecclesiam: sicut princeps rempublicam suam. ¶ Ad tertiam rñdetur negādo assumptum: tum quoniam in illo casu: timor mortis nō erat timendus: sed suscipienda mors: pro fide xpi tuenda: sicut dictū est.

¶ Feria quarta legitur passio secūdū Lucam. Circa quod possunt disputari sequētes questiones.

¶ Prima est: vtrū Judas vendendo xpm cōmiserit symoniam.

¶ Secūda: vtrum peccatum crucifigentiū xpm fuit grauissimum.

¶ Tertia: vtruꝫ voluntas humana in xpo: aliud voluerit ꝙ̃ deus voluerit.



D primaꝫ sic proceditur. Et videtur ꝙ Judas vendēdo xpm: nō cōmiserit symoniaꝫ. ¶ Primo sic. Omne peccatū principaliter in electiōe cōsistit: sed voluntas eligens non est de impossibili: vt dicitur. iij. Ethi. Sed vendere xpꝫ erat impossibile: quia nō pōt aliquo terreno precio compensari. Unde de sapientia dicit. Prouer. iij. Preciosior est cunctis opibus: ⁊ ea que desiderantur: huic nō valent comparari: Ergo iudas vendere nō potuit xpm: ⁊ per ꝯñs nō cōmisit symoniā. ¶ Secundo sic. Accipiendo pecuniaꝫ pro cantādis missis: nō cōmittitur symonia: quia nullus tenetur suis stipendijs militare: ⁊ nihilominus in eucharistie sacramēto: in qualibet missa continetur totus xps: Ergo etiam iudas accipiendo pecunias vt traderet xpꝫ non videtur symoniam cōmisisse. ¶ In oppositum est: q: symonia est studiosa voluntas emendi vel vēdendi aliquid spūale: vel spūali annexū: Sꝫ Judas habuit studiū vēdendi xpm sanctū sanctoꝝ: Ergo xpm vēdēdo symoniā cōmisit. Rñdeo: dicendum sub ista ꝯclusiōe: ꝙ Judas vēdēdo xpm: symoniā cōmisit. Ista ꝯclusio colligit apte ex c. Qui studet. i. q. i. vbi in glo. mouet̃ ista q. ⁊ ponit̃ p̃fata ꝯclusio: quā ꝓbat duob⁹ medijs: tū. s. q: vēdidit hoīeꝫ liberū. ff. ad. l. fal. de. a. l. i. tū secundo q: vendidit remsacraꝫ. Preterea Judas nō solū symoniā cōmisit vendendo xpm: sed etiaꝫ alia vicia pessima incurrit. Primo quidē: vitium infidelitatis estimādo xpm sanctū sctōꝝ infiniti valoris cui nulla res in p̃cio possit cōparari posse

vēdi. Scōo incurrit vitiū ꝓsumptionis maxime: ⁊ heresis: estimādo xpm esse rē suaz: quā posset vēdere. Sola enī illa materia ē debita vēditiōis: cuius vēditor est dn̄s. In hoc ergo ꝙ Judas tēptauit vendere xpm: quodāmō protestatus est se eē dn̄m xpi: qḋ est hereticū: Ergo iudas nō tm̄ symoniac⁹: sed infidelis: ⁊ heretic⁹ fuit vendēdo xpm. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad ꝑmam rn̄detur: ꝙ Judas vendere iure nō potuit: ꝫ de facto fecit. Vn̄ symoniā cōmisit. ¶ Ad secūdaz respōdetur negando ꝯn̄am. Dicim⁹ enī: ꝙ facere pactionē de missa celebrāda: symoniacum est semper: si tm̄ nō hēat alios sumptus: ⁊ nō tenet ex officio missaz cātare: pōt accipere pecuniam: sicut cōducticij sacerdotes faciūt: non quasi pretiū misse: ꝫ quasi subsistētaculum vite.



D scōam. q. sic procedit. Et videtur ꝙ peccatū crucifigētiū xpm: nō fuit grauissimuz. ¶ Primo sic. Peccatuz nō est grauissimū qḋ hꝫ excusationē: Sꝫ xps excusauit peccatū crucifigentiuz eū: dicens pater ignosce illis: q: nesciūt qd faciūt: Ergo peccatū eoꝝ nō fuit grauissimū. ¶ Secūdo sic. Dn̄s ait Pylato Jo. xix. Qui tradidit me tibi maius peccatum hꝫ Ipse aūt pylatus fecit xpm crucifigi per suos ministros: Ergo videtur fuisse maius peccatū Jude ꝓditoris: peccato crucifigentiū xpm. ¶ Tertio sic. Christus volūtarie passus est. Ergo crucifigentes xpm: nō videntur fecisse iniustum: q: vt dicit Arist. v. Ethi. Nullus patit iniustū volēs: Ergo eorū peccatū nō fuit grauissimū. ¶ In opposituū est illud Mat. xxiij. Et vos implete mēsurā patrū vestroꝝ. Vbi dicit Criso. Quātū ad veritatē: excesserunt mēsurā patrum suoꝝ. Illi enī hoies occiderūt: isti deū crucifixerūt. Rn̄deo: dicēdū ꝙ peccatū crucifigentiū xpm: fuit grauissimū: lꝫ differēter aliqui eoꝝ magis: aliq minus: in eodē genere peccati peccauerūt. Sit ergo ista cōclosio. Principes iudeoꝝ cū cognouerūt xpm: ⁊ si aliqua ignorātia fuit in eis: fuit ignorātia affectata: q eos nō poterat excusare: grauissime inter oēs peccauerūt. Peccatū enim eoꝝ fuit grauissimū: tū ex genere peccati tum ex malicia volūtatis. Scōa conclusio: Minores etiā iudei grauissime peccauerunt: quātū ad genus peccati: minus tamen q̄ꝫ maiores: quia in minoribus in aliquo diminuebat peccatū: propter eoꝝ ignorātiaz. Vn̄ super illud Lu. xxiij. Nesciunt qd faciunt dicit Beda Pro illis rogat: qui nescierūt: ꝙ fecerūt: zelū dei habentes: sed nō ꝭm scientiam. Tertia conclusio. Multo minus grauiter peccauerūt gentiles: per quorū manus crucifixus ē xps: quia excusabat eoꝝ peccatū: quia scientiaz legis nō habebant. Quarta cōclusio Judas ⁊ principes peccauerūt grauius: q̄ꝫ Pylatus: qui timore Cesaris xpm occidit: ⁊ etiā q̄ꝫ milites: q mādato presidis: xpm crucifixerūt: nō ex cupiditate: sicut Judas: nec ex inuidia: ⁊ odio: sicut ꝑncipes sacerdotū. ¶ Ad rōnes i oppositū. ¶ Ad ꝑmā rn̄detur: ꝙ excusatio illa dn̄i: nō refert ad ꝑncipes Judeoꝝ: ꝫ ad minores vt dictū est. ¶ Ad scōam rn̄detur negādo ꝯn̄am. Et rō est: q: Judas tradidit xpm nō Pylato: sed principibus sacerdotū: q: tradiderūt eū Pylato ꝭm illud Joā. xviij. Gens tua ⁊ pōtifices tui tradiderunt te mihi. ¶ Ad tertiā rn̄det negādo ꝯn̄am. Et rō est: q: lꝫ xps voluerit passionē suaz: sicut ⁊ deus eā voluit: nunq̄ꝫ tm̄ actionez Judeoꝝ voluit. Et ideo occisores xpi ab iniusticia nō excusant. Vn̄ Dauid dānauit illū ad mortē: qui nō timuit mittere manum in xpm dn̄i: scilicet Saulem: quem eo petente occidit: vt legitur. ij. regum. i.

D tertiaz. q. sic procedit. Et vi-
a detur: ꝙ in xpo volūtas huma-
na nō voluit aliud q̄ꝫ dus vult.
¶ Primo sic. Arguitur ex illo Ps. vbi ex persona xpi dicit. Scriptū est de me: vt facerē voluntatē tuam: deus me⁹ volui: Sed ille q vult volūtatē alicui⁹ facere: vult qḋ ille vult: Ergo volōtas humana

in xp̄o nihil aliud volebat:q̄ꝫ ꝙ diuina vo
lūtas in eo. ℭ Scḋo sic. Aïa xp̄i habuit ꝑ
fectissimā caritatē: Sꝫ caritatis ē facere: qḋ
hō idē velit qḋ deus: Ergo volūtas huma
na in christo nihil aliud voluit: q̄ꝫ diuina.
ℭ Tertio. Christus fuit verus cōprehēsor.
Sed sancti qui sunt comprehensores in pa
tria: nihil aliud volunt: q̄ꝫ ꝙ deus vult: alio
quin nō essent beati: qui nō haberent quic
quid vellent. Beatus enī est: quia hꝫ quic
quid vult: ꝛ nihil mali vult: vt dicit Augu.
in libro de trini: Ergo xp̄s nihil aliud vo-
luit ſm volūtatē humanā: q̄ꝫ ꝙ voluit vo-
luntas diuina. ℭ Quarto sic. Quāto ē ma
ior cōformitas voluntatis humane ad diui
nā: tāto est maior rectitudo voluntatis: que
in hoc cōsistit: sicut per glo: patꝫ: super illud
Ps̄. Rectos decet collaudatio: Sꝫ xp̄s ha
buit rectissimā voluntatē: Ergo fuit cōfor-
mis diuine in volito. ℭ In oppo. arguitur
ex presenti euangelio: vbi ait. Nō mea vo-
luntas: sed tua fiat. Super quo verbo Au
gusti. cōtra Maximinuꝫ: in hoc ꝙ xp̄s ait:
nō qḋ ego volui: sed quod tu. Aliud ostēdit
se voluisse: q̄ꝫ pater. Rn̄deo dicenduꝫ sub
duabus conclusiōibus. Prima: ꝙ volūtas
humana sensibilitatis vel voluntas rōnalis
vt̄ natura in xp̄o voluit aliud: q̄ꝫ voluntas
diuina volebat in ipso. Secūda ꝯclusio vo
luntas rōnalis: que est per modū rōis: sem
per idem volebat: qḋ deus. Pro istaꝝ con
clusionū intelligentia ꝛ veritate est notādū
ꝙ in xp̄o ſꝫ humanā naturā ponit̄ duplex
voluntas. s. voluntas sensibilitatis: que par
ticipatiue volūtas dicitur: ꝛ voluntas rōna
lis: siue consideretur per modū nature: siue
per modū rōnis. Ut aūt dicit Damas. que
dā diuina dispensatione filius dei an̄ suam
passionē permittebat carni agere ꝛ pati: q̄
sunt ei propria: ꝛ naturalia: Et similiter per
mittebat omnibus viribus: agere queqꝫ ꝓ
pria: quantum expediebat ad finē redēptio
nis: ꝛ ostēsiōem veritatis nature. Manife
stū est aūt: ꝙ voluntas sensibilitatis refugit
naturaliter dolores sensibiles: ꝛ corporis le

sionē. Similiter etiā volūtas vt natura re-
pudiat ea: que sunt nature ꝯtraria: ꝛ q̄ sunt
ſm se mala: puta morteꝫ: ꝛ alia hmōi. Hoc
tn̄ qn̄qꝫ volūtas per modū rōis eligere pōt
ex ordine ad finē: sicut etiaꝫ in aliquo puro
homine: sensibilitas eius: ꝛ etiā volūtas ab
soluta ꝯsiderata refugit vnionē: quā volū-
tas ſm rationeꝫ elegit ꝓpter finem salutis.
Uoluntas auteꝫ dei erat: vt xp̄s dolores ꝛ
passiones ꝛ mortē pateret̄: nō ꝙ ista eēnt a
deo volita ſm se: sed: ex ordine ad finem hu
mane salutis. Un̄ patent cōclusiones ꝑfate:
quia. s. xp̄s ſm volūtatē sensibilitatis: ꝛ ſm
volūtatē rōnis: que cōsiderat̄ ꝑ modū natu
re: aliud poterat velle: q̄ꝫ deus. Que fuit ꝑ
ma cōclusio. Sꝫ ſm volūtatē que est ꝑ mo-
dū rōnis: semper ꝯformabat̄ in volito vo-
luntati diuine. Que fuit cōclusio secunda.
Que pꝫ ex eo ꝙ dicit: nō sicut ego volo: sꝫ
sicut tu. Uolebat eñ ſm volūtatem rōnis:
diuinā volūtatē impleri: q̄ꝫuis aliud dicat
se velle: ſm aliā eius volūtatē. ℭ Ad rōes
in oppo. ℭ Ad ꝑmaꝫ pꝫ rn̄sio: ex distinctio
ne volūtatis duplicis. Un̄ dicit̄: ꝙ xp̄s vo
lebat vt volūtas patris adimpleret̄: ſꝫ vo
lūtatē rōnis: nō ſm volūtatē sensibilitatis:
aut volūtatis cōsiderate ꝑ modum nature.
ℭ Ad secundā eodē mō rn̄detur: ꝙ cōfor-
mitas volūtatis humane ad volūtatē diui-
nā: attendit̄ ſm volūtatē rōnis: ſꝫ quā etiaꝫ
volūtates amicoꝝ ꝯcordant: inquātū rō cō
siderat aliq̄d volitū in ordine: ad volūtateꝫ
amici. ℭ Ad tertiā rn̄detur negando ꝯn̄aꝫ:
q: xp̄s simul fuit cōprehensor ꝛ viator: in-
quātū. s. ꝑ mentē fruebat̄ deo: ꝛ hēbat car-
nē passibilē. Et iḋ ex ꝑte carnis passibilis
poterat i eo aliud accidere: qḋ repugnaret
naturali volūtati ipsius: ꝛ etiā appetitui sen
sitiuo: qḋ nō cōtingit in beatis: qui tn̄ sunt
cōprehensores: qui ita dotati sunt impassibi
litate: vt nihil posset eis occurrere nociuū:
aut lesiuū. ℭ Ad quartā rn̄detur negando
ꝯn̄am. Et rō est: quia cōformitas: que est in
volito: nō facit rectitudinem: voluntatis: q̄a
aliquis pōt peccare volendo id volituꝫ: qḋ

deus vult:vt volendo q pater meus more
reur. Et etiā pōt mereri in hoc:q illud nō
vult:quod deus vult:vt Paulus cupiebat
dissolui ⁊ esse cum xpo:⁊ deus volebat:q
nō dissolueref:sed pter fructum animaꝝ
adhuc militaret. Sed rectitudo voluntatis
causaf ex modo volēdi vt.s. vellet ex carita
te:sicut deus. Et iterū in causa finali:vt pa
ter idem vellet. Et iterū in causa efficiēdi
vt.s. deus velit eū velle.

¶ In feria quinta die cene est euangeliuꝫ.
Ante diem festū pasche ⁊c̄. Jo.xiij. Circa
quod possunt disputari:se.q.

¶ Primo:vtrum cōuenienter in die cene
institutum est sacramētum eucaristie.

¶ Secundo:vtrum conueniēter xp̄s i die
cene Jude proditori tribuerit sacramētuꝫ
corporis ⁊ sanguinis sui.

¶ Tertio:vtrum post bucellam intinctam
a xpo:Jude porrectam: diabolus intrauit
in eum.



D p̄mam.q.sic pceditur.
Et videf q nō cōuenienter
die cene institutū fuit sacra
mētū eucaristie. ¶ Primo
¶ In oppositum est euangelium presens: vbi dicitur Quo:m fores essent clause. &c. Rñdeo dicendum sub certis cõclusiõibus Prima ẽ: q xp̃s post resurrectionẽ ianuis clausis virtute diuina intrauit ad discipulos. Pz ista cõclusio. Dicit eni Gregorius in omelia presentis euangelij. Illud corpus domini intrauit ad discipulos ianuis clausis: quod ad humanos oculos per natiuitatẽ suã clauso exiuit vtero virginis. Secunda cõclusio. Duo corpora possunt diuina virtute esse in eodem loco. Patet ista conclusio: ex conclusione precedenti: tum ex illo: q xp̃s ad discipulos intrauit clausis ianuis: tũ ex illo: q beata virgo filium suuz miraculose peperit: Sed in illo partu oportuit duo corpora esse simul in eodem loco: quia corpus pueri exiens: claustra pudoris: non fregit: Ergo miraculose potest fieri: q duo corpora sint in eodem loco. Secundo: patet sic Duo corpora prohibentur esse in eodez loco ex dimensionibus: quia materia corporalis: s̃m dimensiones diuiditur: dimẽsiones autem diuidũtur secũdum situm. Deus autem: qui est omniũ causa prima: potest conseruare effectus in esse sine causis p̃rimis. Unde sicut cõseruat in sacramento altaris accidentia: sine subiecto: ita potest cõseruare diuisionez materie corporalis: & dimẽsionuz in ea: absq3 diuersitate situs: Potest ergo fieri virtute diuina: & nõ alias: q corpori remaneat esse dimensionatũ ab alio corpore: quãuis eius materia nõ sit dimensionata in situ: ab alteri⁹ corporis materia. Et sic miraculose põt fieri: q duo corpora sint in eodẽ loco. ¶ Ad ratiões in p̃ppositum. ¶ Ad primam respondetur negando consequẽtiam. Et ratio est: quia q vnum corp⁹ sit in duobus locis: implicat cõtradictionẽ: quia de ratione loci est: q sit locati termin⁹ Terminus aũt est: extra quod nihil est rei. Unde nihil locati potest eẽ in loco exteriori. Quod si ponatur esse in duobus locis: sequitur: q sit extra suum locum. Et sic sequitur: q sit locatum: & nõ locatum. Hoc autẽ nõ cõtingit: si duo corpora sint in eodem loco vt dictum est. Et ita nõ est simile de vno: & de alio. ¶ Ad secundam ratiõem respõdetur: negando minorem. Dicimus eniz: q duas lineas rectas mathematicas esse īfra duo puncta: est impossibile: quia in eis nulla alia ratio dimẽsiõis põt intelligi: nisi ex situ: Sed duas lineas naturales eẽ īter duo puncta est impossibile: quidam per naturaz sed possibile per miraculum: quia remanet alia ratio dimensionis in lineis duabus ex diuersitate corporum subiectorum: que conseruatur virtute diuina: etiaz remota diuersitate situs. ¶ Ad tertiã rñdetur: q posito: q duo corpora sint in eodem loco per miraculũ: nõ sequitur aliquid contra communes conceptiones: nec contra conclusiones geometrie. Pro quo notandum: q quantitas dimẽsiua in hoc differt ab omnib⁹ alijs accidentibus: q habet specialem rõnez indiuiduationis: & dimensionis: scilicet ex situ partium: preter rationem indiuiduationis: & dimensionis: que est sibi & alijs accidentibus cõis: scilz ex materia subiecta. Sic igit̃ vna linea potest intelligi diuersa ab alia: vel quia est in alio subiecto: que cõsideratio nõ est nisi: de linea naturali: vel quia differat ī situ ab alia: que consideratio est etiam de linea mathematica: que intelligatur p̃ter materiam. Si ergo remoueatur materia: non potest esse dimensio linearum: nisi secundũ sitũ diuersum: & simili modo nec punctorũ: nec superficierũ: nec quarũcũq3 dimensionũ. Et sic geometria nõ põt ponere: q vna linea addat̃ alteri: tanq3 dimẽsionata ab ea: nisi sit diuersa in situ ab ea: sed supposita dimensione subiecti sine dimẽsione situs: diuino miraculo: vt dictum est intelligerentur diuerse linee: que nõ denotãt situm p̃pter diuersitatem subiecti. Dicim⁹ ergo: q duo circuli designati ī duobus corporibus spericis: existentibus in eodem loco: q sunt duo: non propter diuersitatez situs: alias nõ possent se tangere: s̃m ronẽz: sed sunt duo ex diuersitate subiectorum. Et propter hoc se to

taliter tangūt adhuc manēt duo: sicut ⁊ circulus in corpore locato sperico signatus tangit ꝫm totum alium circulum: signatum in corpore locante. De linea iaz dictum est.


d tertiam .q. sic procedit. Et videtur: q cicatrices xpi Thomas non tetigerit. ℂ Primo sic. Ex presenti euangelio: vbi dicitur: quia vidisti me Thoma Et credidisti: Ergo videtur q viderit tantuz ⁊ non tetigerit. Patet cōsequentia: quia cum exhibuerit tactum ⁊ visum: debuerat dicere: qa vidisti me ⁊ tetigisti. ℂ Secūdo sic. Dicit Hiero. ad Marcellum. Nō meretur tāgere xpm: q eius resurrectionem non credit. Propter quod: dictuz est magdalene. Noli me tangere. Jo. xx. Sed Thomas resurrectionē nō credidit: Ergo cicatrices xpi palpare nō debuit. ℂ Tertio nō videtur conueniēter dictum: q dictuz est ei: q vidisti me Tho. credidisti: cū fides sit inuisibiliuz ꝫm illud Hebre. xi. Fides est argumentuz nō apparentium. ℂ In oppositum videtur eē euāgelium. Rñdeo dicenduz: q quidā dicunt: q quāuis dominus manꝰ ⁊ latus exhibuerit ad tangendū: tamē apostolus ꝓpter reuerentiam tāgere nō fuit ausus. Hoc ⁊ videtur dubitando dicere Augustinus vt dicit Albertus super Jo. ꝫ alij melius dicūt. s. ipse Albertus: Alexander ⁊ sanctꝰ Thomas: ⁊ Tho. ⁊ vidit ⁊ tetigit: Sed ad suā fidem sufficiebat ei videre. Quā cito enī vidit credidit. Vñ de ipso dicitur: qa vidisti me credidisti: q in visu fuit primū: ⁊ sufficiēs motiuuz ad credendū. Quia autē nos possemus de eo dubitare: q crediderit i visu tantum. ideo tetigit: vt nos crederemus: Ergo vidit solum cicatrices sibi: nobis aūt nō solum vidit: sed etiam tetigit: vt omnem a nobis excluderet dubitationem: quia testis erat futurus resurrectionis. Unde leo papa Sufficit ad fidem propriam vidisse: q videbat: sed nobis operatus est: vt tangeret: quod videbat. ℂ Ad rōnes in oppositū. ℂ Ad primaz respondetur negando cōsequētiam. Et rō est: q licet ad propriā sufficit vidisse nihilominus propter nos etiaz tetigit: vt plenius resurrectionis testimoniū afferret. ℂ Ad secūdam rñdetur q Tho. prius credidit q̄z tetigit: vt dictum est. Et ideo ratio nō procedit. ℂ Ad tertiā respondetur primo sic: q aliud vidit: ⁊ aliud credidit. Vidit hominē ⁊ cicatrices: ⁊ ex hoc credidit deitatem resurgentis. Vel dicēdū ꝫm Albertum super Jo. q in ipso credere: sunt duo. Dicit enim Grego. q credere ē cogitare cuz assensu. Et ideo ex parte assensus: in quo perfectio fidei est: credere simpliciter: donū dei est: nec consurgit ex visu: nec ex auditu: ꝫ simpliciter est lumen collocans in credentibus primam veritatē: ⁊ ipsos in veritate: vt assentiant ei: propter se: ⁊ super omnia: vt dicit Dyony. Et ex illa parte: fides: est immobile credentium: ⁊ veritatis fundamentum. Ex parte aūt illius: q̄ credere est de articulo cogitare nihil ꝓhibet: quin ipsa cogitatio ex visu: vel auditu accipiat generationē. Et sic dicitur ad Ro. x. Fides ex auditu est. Et sic dicitur hic: q: vidisti me credidisti. Nō accipit videre: ꝓut est actus visus: in quātū est sensus particularis: super ꝓprium obiectuz. Nec accipit in quantum est in ipso sensus cōis: super figuram: vel ad obiectum sensus cōmunis: ꝫ potius prout est visus actus rationis: se super sensum reflectētis: sicut cōmuniter ⁊ visualiter dicitur: video esse deum: qui intrat clausis hostijs: ⁊ talis est mortis: ⁊ vite: triūphator. Et sic sumitur Jo. iiij. vbi dicitur. Domine video: q propheta es tu. Mouet autem Albertus magnus hic: quare deus ꝑmisit: vt Thomas absens dubitaret. ad hoc respondens dicit: q Thomas: vt dicit Crisos. tardior alijs fuit ad credendum ea: que erant de potētia christi diuinitatis. Et ideo oportuit fortioribus experimentis reduci. Permisit autem deus eum dubitare: vt ꝫtus resurrectionis Thome probata: alijs indubitata efficeretur. Unde Grego. Minus mihi Maria magdalena: que cito cre

dicit: cõtulit: q̃ꝫ Tho. q. diu dubitauit.

¶ In dominica prima post octauas pasce est euangelium.

¶ In illo tpe: dixit iesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus Jo. x. Circa quod possunt disputari: sc. q.

¶ Prima: vtrum bonus pastor christus posuit animam suam in pretium redemptionis pro ouibus suis.

¶ Secunda: vtrum bonus pastor teneatur ponere animam pro ouibus suis.

¶ Tertia: vtrum licitum sit pastori persecutionis tempore gregẽ suũ relinquere.

Ad primam q. sic pceditur. Et videtur q bonus pastor xp̃s nõ posuit animaꝫ in pretium redemptionis pro ouibus suis. ¶ Primo sic. Nihil corporale: est equale rei spũali. Sed vita xp̃i quã xp̃s per passionẽ dedit: fuit vita corporalis: Ergo nõ fuit sufficiens pretium ad recõpensandum salutem omnium ouiuꝫ xp̃i. ¶ Secundo sic. Nullus emit: vel redemit: quod suum eẽ nõ desijt: Sed homines nunq̃ꝫ desierũt esse filij dei sm illud Ps. Domini est terra: ꝛ plenitudo eius: orbis terraꝝ: ꝛ vniuersi: qui habitant in eo. Ergo nõ dedit animam pro redẽptione hominũ. ¶ Tertio sic. Dicit Augu. li. de trini. Diabolus a christo iusticia superandus fuit: Sed hocc exigit iusticia: vt ille qui inuasit dolose rem alienam: debeat priuari: quia fraus ꝛ dolus nemini patrocinari debent: vt etiam iura humana dicũt. Cũ ergo diabolus lupus rapax: oues xp̃i dolose deceperat: ꝛ sibi subiugauerat: videt: q xp̃s bonus pastor non debuit per viam redemptionis oues suas ab eius potestate eripere. ¶ Quarto sic. Quicũq̃ꝫ emit: vel redimit aliquid: pretio: pretium soluit ci: q possidebat. Sed xp̃s non dedit animam suam que dicitur esse pretium redemptionis nostre diabolo: qui nos captiuos tenebat. Ergo xp̃s non dedit animam suam in pretiuꝫ redemptionis ouium suarũ. ¶ In oppositum est euangelium presens. Rñdeo dicendum sub tribus cõclusionibus. Prima est: q xp̃s fuit verus pastor omnium fidelium. Patet conclusio. Nã pastor est: q gregem suuꝫ gubernat: ꝛ pascit: sic aũt facit christus Nam ipse regit suos fideles: ꝛ cibo spũali multiplici: ꝛ etiam sacramẽtali. s. corpore et sanguine suo fideles suos pascit: ꝛ reficit: sm illud. Psal. Dominus regit me: ꝛ nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Et ysa. xl. Sicut pastor gregem suuꝫ pascet: in brachio suo: ꝯgregabit agnos: ꝛ in sinu suo leuabit: fetas ipse portabit. Et prime Petri. iij. scribitur. Eratis aliqñ sicut oues errantes: sed cõuersi estis nũc ad pastorem: ꝛ episcopũ animarum vestraꝝ. Secũda cõclusio. Christus fuit bonus pastor. patet conclusio: quia ipse posuit animam suaꝫ pro ouibus suis: ꝛ ita impleuit officium boni pastoris: sicut miles dicitur bonus: q officium militis implet. Tertia conclusio. Christus pastor bonus posuit animam suam in redemptionis pretiuꝫ: pro ouibus suis. Ista cõclusio patet ex illo Mathei secũdo. Filius hominis venit dare animã suaꝫ in redẽptionẽ pro multis. Pro cuius conclusiõis declaratione: est sciendum: q per peccatum primi parentis totum humanuꝫ genus alienatuꝫ erat a deo: vt dicitur ad Hebre. ꝛ nõ quidem a potestate dei: sed a visione faciei eius: ad quam filij: ꝛ domestici admittũtur. Et iterum in potestate diaboli vsurpantis deueneramus: cui ꝯsentiendo homo se subdiderat: quantum in ipso erat: quãuis de iure non posset: quia suus non erat: sed alterius. Et ideo per passionem suum christus fecit. Liberauit enim nos a potestate hostis ipsum vincendo: per contraria eorum: quibus hominem vicerat. s. humilitateꝫ ꝛ obedientiam: ꝛ austeritatem pene. Que delectationi cibi vetiti opponit. Et iterum satisfaciendo pro culpa: deo cõiunxit nos: ꝛ domesticos dei: ꝛ filios fecit. Unde ista liberatio duas rationes habuit emptiõis. Inquãtum enim a potestate eripuit nos: dicit nos

redemisse: sicut rex regnuȝ occupatum ab aduersario per laboreȝ certaminis. Inquantum vero deuȝ nobis placauit: dicitur nos redemisse. sicut pretium soluens sue satisfactionis pro nobis. vt a pena et peccato liberaremur: Et sic patet conclusio. s. q pastor noster christus: animam suam dedit in pretium redemptiōis pro ouibus suis. Alij vero prelati: pastores boni non ponunt aīas suas in pretiuȝ: sed vt dicit Albertus in exēplum: et fidei argumentum. Et ita pro nomine christi anima ponitur ſm illud Jo. iȝ. q dicebat. Petrus christo. Animam meā ponam pro te. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur: q vita corporalis xpi: habebat quendaȝ insignitum valorem ex diuinitate cōiuncta: inquantum non erat vita puri hominis: sed dei et hominis. Et ideo poterat esse sufficiens recompensatio vite spūalis ouiuȝ suaruȝ: et precipue ratione caritatis eximie: ex qua offerebatur. ¶ Ad secundam rñdetur: q homo dicitur esse dei: dupliciter. Uno modo inquantum subycitur potestati eius. Et hoc modo hō nunq̄ȝ desijt esse dei. Alio modo per vnionem caritatis ad eū: ſm quod dicitur Ro. viij. Si quis spiritū dei nō habet: hic nō est eius: Et hoc mō homo desijt eē dei: per peccatū. Et ideo inquātū fuit liberatus a peccato: ideo passo satisfaciēte: dicitur per passionē christi esse redēptus. ¶ Ad tertiā respōdetur negando cōsequētiaȝ. Et rō est: q quāuis diabolus iniuste nos vsurpauerit: et sua fraude deceptionis sub sua seruitute teneret nos: tamē iuste in eius potestate deuenimus: ex quo ab eo victi sumus. Et ideo oportuit etiam: vt ipse vinceretur per contraria eorū: quibus vicit nos. Nō enim violēter vicit: sed ad peccatum fraudulenter inducens. Et ideo per respectuȝ ad deum: iusticia exigebat: q homo redimeretur: non autem per respectum ad diabolum. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. Et ratio est: quia redemptio requirebatur ad hominis liberationem: per respectum ad deuȝ: cui homo propter peccatum ad penam erat obligatus: sicut summo iudici: non autem requirebatur redemptio per respectum ad diabolum. Et ideo pretiū nō erat soluendum diabolo: sed deo. Et ideo christus animam suam: que erat pretiuȝ nostre redemptionis: non dicitur obtulisse diabolo: sed deo. A diabolo autem per victoriam sue passionis nos eripuit.

Ad tertiam. q. sic procedit. Et videtur q pastor nō teneatur ponere animaȝ suam pro ouibus suis. ¶ Primo sic. Homo tenetur amare plus se: q̄ȝ proximuȝ. Ergo videtur: q nō tenetur dare animaȝ suam pro ouibus suis. Cōsequētia pȝ q: magis amabile est preferenduȝ ei: q minus tenetur quis amare. Assumptuȝ etiam pȝ ex illo. Mathei. xxij. Diliges proximum sicut teipsum. Ubi videtur: q dilectio hominis sit exemplar dilectionis proximi. Sȝ exemplar est potius exemplato. Ergo nō tenetur se plus diligere: q̄ȝ proximuȝ. ¶ Secundo sic. Quanto quis amat saluteȝ alicuius: tanto vitat peccatum eius: Sed magis debet vitare peccatum suum: q̄ȝ peccatum alterius: Ergo pastor magis debet diligere vitam suam: q̄ȝ salutem ouium suarum: Ergo et cetera. ¶ Tertio sic. Quom dicitur: q pastor teneatur ponere animam suā pro ouibus suis: aut itelligitur in temporalibus: et hoc non: quia pastor non tenetur pati dispendium vite temporalis: pro vita temporalis gregis: aut i spiritualibus: et hoc etiaȝ non: quia nullus tenetur pati dispendium in spiritualibus: pro bono spirituali ouium suarum: Ergo. etc. ¶ In oppositum est euāgelium presens. Respondeo dicenduȝ sub certis conclusionibus. Prima est. Bonus pastor non debet animam suam ponere pro vita ouium: brutorum animalium. Patet conclusio. Res melior non est exponenda periculo pro minus bona: Sed magis ecōuerso: Sed vita hominis est melior simpliciter: q̄ȝ vita ouium brutoruȝ animalium

Ergo licet pastor brutorum animalium debeat aliquem laborem pro salute gregis sustinere. Unde dicebat Jacob. Gen. xxi. Nocte ac die gelu urebar: et estu: non tamen dz se morti exponere pro eo. Secūda conclusio. Bonus pastor nō tenetur ponere animam suam. i. vitam corporalem pro salute corporali oviū suarum. Patet: quia vita pastoris est preferēda saluti corporali: sive vite corporali oviuz suaruz: Ergo non tenetur pastor vitam suaz exponere periculo mortis pro salute corporali ovium suarum. Confirmatur: quia ex ordine caritatis: homo plus tenetur diligere corpus propriū: q̄z corpus proximi sui: ergo etc̄. Tertia conclusio. Pastor bonus animarum: tenetur animam suam ponere. i. vitaz corporalez exponere pro salute spiritiali ovium suarum. Ista conclusio patet ex dicto salvatoris in presenti evangelio. Patet etiam ratione: quia anima humana est nobilior corpore: et ita salus eius preferenda ē saluti corporis: Ergo cum periculuz imminet de salute gregis: quisqz bonus pastor debz corporalis vite sue sustinere dispendium: ꝓ gregis salute. Qd̄ ꝯfirmatur ex eo: ꝙ plus debemus diligere proximū: quo ad animā q̄z corpus proprium nostrum: ut dicit Augusti. in primo de doctrina xp̄iana. ¶ Ad rōnes in oppositum. Ad primā respondetur: ꝙ assumptum est veruz. Sed notandū ꝙ in homine sunt duo. s. natura spūalis: et corporalis. Per hoc autē dicitur homo. diligere seipsum: ꝙ diligit se: secundū naturā spūalem. Et secunduz hoc debet homo magis se diligere post deum: q̄z quēcūqz aliū. Secundum autem naturaz corporalez: debet plus diligere naturam spūalem proximi sui. Et ita est explanatum in cōclusionibus positis. ¶ Ad secundaz patet rn̄sio ex dictis: quia arguit: ꝙ homo secundum naturaz spiritualem debet se plus diligere post deum: q̄z quēcūqz aliuz. ¶ Ad ternam respōdetur negando cōsequentiam. Et ratio est: quia argumentuz illud claudicat: nō sufficienter dividēdo: quia deficit in tertio mēbro. s. ꝙ pastor in temporalibus patiatur dispendium pro salute spirituali suarum oviū. Et ita ut dictum est: intelligit̄ cōclusio.



D tertiaz. q. sic ꝓceditur. Et videtur ꝙ nō sit licitum pastori tempore persecutionis gregē suū relinquere. ¶ Primo sic ex presenti evangelio: ubi xp̄s dicit: ꝙ ille est mercenarius: et non verus pastor: q videt lupum venientē: et dimittit oves: et fugit. ¶ Secundo sic. Dicit Grego. Ille q fugit tempore persecutionis merito perdit meritū pastoris. Quod non esset verū: si fugere et derelinquere gregez tali tp̄e esset licituz. ¶ Tertio sic. Dicitur. Prover. vi. Fili mi: si spoponderis ꝓ amico tuo: apud extraneū: manuz defixisti: et postea subdit: discurre: festina: suscita amicum tuū: Sz hoc nō pōt facere pastor: si corporaliter deserit gregem: Ergo videtur. ꝙ nō sit licitū tp̄e persecutiōis deserere gregem. ¶ In oppositum videt̄ illud: ꝙ dn̄s discipulis suis: quorū successores sunt ep̄i: et pastores: in ecclesia mandavit: si vos persecuti fuerint in una civitate: fugite in aliam. Rn̄deo dicendum: ꝙ triplex tēpus ꝑsecutiōis pōt distingui: scd̄m ꝙ distinguit̄ triplex lupus. Aliqn̄ dicit̄ diabolus ꝑ tēptatiōes: fideles infestans. De quo dicitur. i. Petri. i. Fratres sobrij estote: et vigilate: ꝙ adversarius vester circuit querēs quē devoret. Aliqn̄ dicitur lupus hereticus: per falsam doctrinaz corrumpens. Math. vi. Attendite a falsis prophetis: qui veniunt ad vos i vestimētis oviū: intrinsecus sunt aūt lupi rapaces. Aliquādo lupus dicitur tyrānus violētia armoꝝ seviēs sive ꝑsequēs. Ezech. xxxi. Principes. n. in medio tui q̄si lupi etc̄. Ista distinctiōe habita sit ista ꝑma cōclusio. Tp̄e ꝑsecutiōis taz lupi. i. diaboli: q̄z lupi. i. heretici. nō est licitū pastori relinquere gregem suū. Pz cōclusio: q: in qualibet obligatiōe ꝑcipue attenditur obligationis finis. Obligant autem se ep̄i ad exequenduz pastorale officium: ꝓpter subditoꝝ salutem. Et ideo

vbi subditorum salus exigit: persone pastoris presentiam: nõ debꝫ pastor personaliter suum gregem desererenec ꝑpter aliquod cõmodum temporale: nec etiaꝫ ꝑpter aliquod personale periculum imminens: cũ bonus pastor debeat animam suam pro ouibꝰ suis ponere. Exigit autem subditorum salus: vt persona pastoris sit pñs cum ouibus suis: ad resistendum predictis lupis: quibus nõ est resistendum corporaliter: sꝫ magis spũaliter: per deuotam orationem: ⁊ sanctam ꝑdicationem: ⁊ doctrinam. Et ideo per talia est eis statim resistendũ. Aliter enim si daretur ingressus: eis nõ resistendo: accideret maius periculuꝫ. Propter quod dicit beatus Jacobus. c. iiij. Resistite diabolo: ⁊ ipse fugiet a vobis. Et idem potest dici de hereticis: quia fugabit illum cum per sanã doctrinam tetigerit eius falsitatem. Propter quod Symon magus fugiebat beatũ Petrum de ciuitate in ciuitatem: vt dicitur in itinerario Clementis. Debet ergo bonus pastor tueri subditos suos orationibus: ⁊ sana doctrina: cum viderit predictos lupos. s. diabolicam temptationem: ⁊ hereticaꝫ deceptionem. Unde de malo pastore: q fugit ⁊ dereliquit oues: dicitur zacha. xi. O pastor ⁊ ydolum: derelinquens gregẽ. Quasi diceret. Non es pastor: sed similitudinem: ⁊ ydolum geris pastoris. Si vero loquamur de tertio lupo. s. tiranno persequente: est distinguendum: quia aut persecutio est personalis: aut cõmunis. Si personalis: ita quod cõtra pastorem tãtum: ⁊ nõ cõtra gregeꝫ sibi cõmissum: tunc est conclusio: ꝙ quando subditorꝫ saluti in absentia pastoris ꝑ aliũ prouideri posset: ꝙ licitum est pastori: vel ꝑpter aliquod ecclesie cõmoduꝫ: vel propter persone periculum: corporaliter gregeꝫ deserere. Que cõclusio ꝓbatur sic: auctoritate beati August. in epistola ad Honoratũ. Fugiant de ciuitate in ciuitatem serui xpi: quã do eorum quisqꝫ specialiter a persecutoribus queritur: vt ab alijs: qui nõ ita queruntur: nõ deseratur ecclesia. Hec Augu. Nec in isto casu proprie: est dicendus dimittere gregem in persecutiõe: quia persecutio nõ est contra gregem: vt dictuꝫ est. Et hoc modo. Paulus fugit de Damasco: vt habetur Act. ix. Et aliqui alij sancti leguntur fugisse vt Tho. cantuariẽs. fugit de anglia. s. contra gregem: ⁊ cõtra pastorem. Adhuc distinguendum est: quia aut est vnus solus pastor: aut multi: Si est vnus tantum: tunc est alia conclusio. Non est licitum tunc fugere: ⁊ gregem dimittere: quia sic esset mercennarius ⁊ nõ pastor: ꝫm ꝙ dicit saluator. Si enim ꝑnitiosum est: nauiam in tranquillitate naue deserere: quanto magis in fluctibus: vt dicit Nicolaus papa. Et habetur. vij. q. ij. Si autem sunt multi pastores: quibus ecclesia alibi indigeat: tunc est alia conclusio: ꝙ aliqui possunt fugere: ⁊ aliq debent remanere: vt sic grex remanens in illa ecclesia sufficienter custodiatur: ⁊ vtiliter prouideat. Et si nõ possit determinari de communi concordia: vel alia conuenienti via: q remaneãt ⁊ qui fugiãt: possunt super hoc inuocata spiritus sancti gratia: sortes mitti: ꝫm ꝙ dicit August. in epistola ad Honoratum. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad ꝑmam rñdetur negando consequẽtiam. Et ratio est: q ille tanqꝫ mercennarius fugit: q cõmodum temporale: vel salutem corporalem spũali saluti proximorum preponit. Ille autem q ad euitandum periculum recedit: absqꝫ detrimento gregis: nõ mercennarius fuit. Et ita in casibus licitis: licitum est pastoribus corporaliter derelinquere gregeꝫ. ¶ Ad secundam rñdetur per idem: ꝙ talis q fugit in casibus nõ licitis: non est dignus nomine pastoris. ¶ Ad tertiam rñdetur negando cõsequentiam. Et ratio est: qꝛ ille: qui spõdet pro aliquo: si per se implere non possit: sufficit: ꝙ impleat per alium. Unde prelatus si habeat impedimentum: propter quod nõ possit personaliter cure subditorum intendere: sue sponsioni satisfecit: si per alium ꝑuideat.

¶ In dominica secunda est euangeliũ. In

Illo tēpore dixit Jesus discipulis suis. Modicum ꝛc. Jo. vi. Circa qđ possunt disputari sequentes questiones.

¶ Prima: vtrum apostoli de morte christi debuerunt dolere ꝛ tristari.

¶ Secunda: vtrū gaudiuʒ de visione xp̄i in eterna beatitudine sit auferibile ab apostolis.



D primā. q. sic proceditur. Et videt᷑: ꝙ apostoli nō debuerūt de morte xp̄i dolere: ꝛ tristari. ¶ Primo sic. Dicitur Zacha. ix. Exulta satis filia syon: ecce rex tuus venit tibi: Ergo tota ecclesia debuit letari: ꝛ nō tristari de aduentu xp̄i ad mortem subeundum: pro humano genere. ¶ Secundo sic. Dicit Augu. in libro de ciuitate dĭ. Tristia ē de his: que nobis nolentibus acciderunt: Sed si apostoli fuerunt tristes: ꝛ dolentes de morte xp̄i: sequitur: ꝙ nolebant christum pati: deus aūt hoc volebat: ꝫ tota rectitudo humane voluntatis est conformare se diuine voluntati: vt dicit glo. super Ps̄. Rectos decet collaudatio. Ergo apostoli tristes ꝛ dolentes i morte xp̄i peccabāt: voluntati diuine se nō conformantes. ¶ Tertio sic. Mors christi fuit salutifera toti humano generi: vtpote per quā redemptū est de captiuitate diaboli: ꝛ deo patri reconciliatum: Sed de bono tam vtili non est contristandum: sed summe gaudendum. Ergo apostoli incōuenienter tristati sunt in morte xp̄i. ¶ In oppositū ē euangeliū presens: ꝛ illud tristes erant apostoli de nece sui dn̄i: quem pena mortis crudeli serui dānarunt ipi͂. Respondeo dicēdum: ꝙ passio christi dupliciter cōsiderari poterit. Uno modo per se. s. inquantum erat quedam afflictio morientis. Alio modo ꝫ ordinē ad fructū: ad quem eū dominꝰ ordinabat: ꝛ sic erat adeo volita: nō aūt primo modo. Apostoli aūt dissentiebant a passione christi: ꝛ tristabantur de ea in se considerata. s. pro vt erat afflictio agni inocentissimi domini ꝛ magistri eorū: volebant tamē fructū salutis: q ex passione christi sequebatur. Et ita diuine voluntati quantū ad hoc ꝙ volebat confirmabantur. Et hoc ē idem ꝙ alijs verbis dicimus: ꝙ beata virgo: ꝛ glibet sanctus voluntate rōnis deliberata volebat passionē christi: licet voluntas eorum naturalis dissentiret. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur ꝙ ꝓpheta exultandū esse dicebat de aduentu saluatoris: in quantū ordinabatur ad redeptionē generis humani. ¶ Ad secūdaʒ patet responsio: ꝙ conformabantur voluntati diuine: quātum ad hoc ꝙ passio christi a deo erat volita. ¶ Ad tertiā respondet᷑: vt patet ex dictis.



D secundam sic proceditur. Et videtur ꝙ gaudiuʒ de visione xp̄i in eterna beatitudine sit auferibile ab apostolis ꝛ alijs beatis. ¶ Primo sic. Beatitudo est perfectio quedā: sed omnis perfectio inest perfectibili ꝫm modū ipsiꝰ: Sed oīs homo per suaʒ naturaʒ est mortalis: Ergo tam beatitudo ipsa: quā gaudiuʒ de ea: est aufferibile ab eo. ¶ Secūdo sic. Beatitudo consistit in actione intellectꝰ q subiacet voluntati: Sed voluntas se habet ad opposita: Ergo videtur ꝙ posset ꝺsistere ab operatione: qua homo beatificatur: ꝛ repletur gaudio. Et ita desinet esse beatus: ꝛ desinet per consequens gaudiū eius: quod ex visione beata procedit. Tertio sic. Principio respondet finis: Sed gaudium illud apostoloꝝ: siue aliorum sanctoꝝ habuit principiū: quia nō semper fuerunt beati: Ergo videtur: ꝙ ꝺbeat habere finē. ¶ In oppositū est euangeliū presens. Item illud Isa. xxxvi. Leticia sempiterna super capita eoꝝ. Respondeo dicendum: sub duabꝰ conclusionibꝰ. Prima ꝙ gaudiū: quod habuerunt apostoli in resurrectione viso domino: nō est auferibile ab eis. Patet cōclusio: quia vita christi que fuit materia huiꝰ gaudij imortalis effecta erat: nō ampliꝰ auferenda per mortē. Quia xp̄s resurgens a

mortuis: etiam non moritur: ⁊ mors illi vltra
nõ dominabitur: Ergo conclusio vera. Se
cunda conclusio. Gaudium: quod habituri
erant apostoli de visione diuinitatis christi
in celesti gloria: nunq̃ etiam erat auferibile
ab eis: nec ab aliq̃bus beatis perfecta bea
titudine pñtibus. De qua dicitur in ps̃. Re
plebis me leticia cũ vultu tuo: delectatiões
in dextera tua vsq̃ in finẽ. Circa quaʒ cõ⸗
clusionẽ notandũ: ꝙ Origeñ. quorundam
Platonicoꝝ errorẽ sequẽs: posuit ꝙ post
vltimã beatitudinẽ: homo ⁊ etiam angelus
potest fieri miser: Sʒ hoc manifeste falsum
est: ⁊ error: Quod sic ostenditur: ⁊ veritas cõ
clusionis roboratur. Primo sic ex ipsa ra⸗
tione beatitudinis: Quum enĩ beatitudo
sit perfectũ bonũ: ⁊ sufficiẽs oportet ꝙ de⸗
siderium hoĩs quietet: ⁊ omne malum exclu
dat. Naturaliter aũt homo desiderat reti⸗
nere bonũ: quod habet: ⁊ ꝙ illud retinẽdi
securitatem obtineat: alioquin necesse ẽ: ꝙ
timore amittendi: vel dolore de certitudine
amissionis affligatur. Relinq̃tur ergo ꝙ
ad veram beatitudinẽ pertinet: ꝙ hõ cer⸗
tam opinionẽ habeat: ꝙ bonũ quod habʒ
nunq̃ sit amissurum. Que q̃dem opinio si
vera sit consequens est: ꝙ beatitudinẽ nun
q̃ amittet. Si autem falsa sit: hoc ipsum est
quoddam malũ: falsam opinionẽ habere.
Natura falsum est malum intellectus: sicut
verũ n ẽ bonum ipsius vt dicitur. v. Ethi.
Nõ igitur iam erit beatus: si aliq̃d malum
ei insit. Secundo. Idẽ apparet: si cõsideret
ratio beatitudinis in spẽli. Perfecta autem
beatitudo hoĩs cõsistit in visione diuine eẽn
tie. Est aũt impossibile: ꝙ videns diuinam
essentiã vellet eã non videre: q: omne bo⸗
num habitũ: quo q̃s carere vult: aut est in⸗
sufficiens: ⁊ queritur aliud sufficientius lo
co eius: aut habet aliquod incõmodum an
nexũ. ꝑpter quod in fastidium venit. Visio
aũt diuine essentie replet aĩam oĩbus bo⸗
nis: cum coniungat fonti totius bonitatis.
Unde dicitur in ps̃. Saciabor cum appa⸗
ruerit gloria tua. Et Sapientie. viij. dr̃. Ue
nerunt mihi aũt oĩa bona pariter cum illa
.s. cum contẽplatione sapientie: Similiter
esset nõ habet aliquod in cõmodum anne⸗
xum: q: de ipsa cõtemplatione sapientie: di
citur sapie. viij. Nõ habet amaritudinẽ cõ
uersatio eius: nec tediũ cõuictus illius. Sic
ergo patet. ꝙ propria voluntate beatus nõ
potest beatitudinem deserere. Similiter ẽt
non potest eam perdere deo subtrahente:
q: cũ subtractio beatitudinis sit quedã pe
na: nõ potest talis subtractio a deo iusto iu
dice ꝓuenire: nisi pro aliqua culpa: in quaʒ
cadere non potest: quia dei essentiaʒ videt
cum ad hanc visioneʒ de necessitate sequa
tur rectitudo voluntatis: etiaʒ nec aliquod
aliud agens potest eaʒ subtrahere: q: mẽs
deo coniuncta super omnia alia eleuatur.
Et sic ad huiusmodi cõiunctione nulluʒ ali
ud agens põt ipsam excludere: Ergo gau⸗
diuʒ ꝙ ex visione diuine essentie surgit: nõ
est auferibile ablatis. Ad rõnes in opposi⸗
tum. Ad primã respondetur negando con
sequentiam. Et rõ est: q: beatitudo ẽ perfe⸗
ctio cõsumata: que oẽm defectũ excludit a
beato: Et iõ absq̃ mutabilitate aduenit ha
benti faciente hoc virtute diuina: que homi
nem subleuat in participationẽ eternitatis:
transcendẽtis oẽm mutationem. ¶ Ad se⸗
cundã respondetur: negãdo cõsequentiã. Et
rõ est: q: volũtas ad opposita se habʒ i his
que ad finẽ ordinãtur: Sed ad vltimũ finẽ
naturali necessitate ordinãtur: quod patet
ex hoc: ꝙ hõ nõ potest nõ velle esse beat⁹.
¶ Ad tertiam respõdetur negando conse
quentiaʒ. Et ratio est quia ꝙ beatitudo ha
beat principium ex conditione participan⸗
tis est: Sed ꝙ caret fine: est propter condi
tionem boni: cuius participatio facit bea⸗
tum. Unde ab alio est meritum: alias ini⸗
tium beatitudinis: ⁊ ab alio est: ꝙ careat
fine.

¶ In dominica tertia est euangelium. In
illo tempore dixit Jesus discipulis suis. va
do ad eum q. ⁊c. Jo. xvj. Circa quod pos⸗
sunt hec disputari.

¶ Prima: vtrum expediebat discipulis: vt xps subtraheret pñtiam corporalē ab eis.

¶ Secunda: vtrū spūs sanctus erat arguturus mundum de peccato: et de iusticia: et de iudicio.

¶ Tertia: vtrum plenitudo spūs sancti debuit dari ante ascensionem.



Ad primam sic pceditur. Et videtur: q nō expediebat discipulis: vt xpus subtraheret pñtiam corporalem ab eis. ¶ Primo sic. quia presentia corporalis: salutaris erat: et aduentus spiritus sancti non erat contraria: nec impeditiua consolationis spiritus sancti: Ergo non expediebat a discipulis xpm subtrahi. ¶ Secundo sic. Eque potuit xps dare spiritū sanctum viuens in carne: sicut post ascensionem et subtractionem presentie sue: Ergo videtur q nō expediebat subtrahē etc. ¶ Tertio. Pñtia corporalis xpi: siue eius familiaritas ad diuinitatis fidem semper profuit: et itaa caritate eius et dulcedine non impediebatur: Ergo videt q nullomodo expediebat discipulis subtractio pñtie eius. ¶ In oppositum est euangelium pñs. Rñdeo dicendum sub ista conclusiōe. Expediebat discipulis: vt xps subtraheret eis presentiam corporalem. Patet conclusio: tum primo: q corporalis delectatio discipulorum in christo: sm carnem impediebat eleuationem mentis eorum: in desiderium diuinitatis. Unde Beda in omelia huius euangelij ait. Expedit vt forma serui vestris subtrahatur aspectibus: quatenus amor diuinitatis aptius vestris infigatur mentibus. Tum secundo: qa plenitudo spiritus sancti non erat danda: nisi post ascensionem xpi. Unde ait. Expedit vobis vt ego vadam. Si enim nō abiero: paraclitus. i. spiritus sanctus non veniet ad vos. s. in tanta plenitudine. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio ē: iuxta Albertum: quia pñtia corporalis xpi licet salutaris esset: et nō esset cōtraria aduentui spiritus sancti: nec impeditiua consolatiōis spūs sancti. etc. est tamen alia et minor: et circa aliud: quia illa hominem tenet. Et iō animus qādiu circa talia occupatur: nō potest surgere ad altiora: quia animus intensione deuotionis circa duo simul non est: cum sit indiuisibilis. s. circa amicitiam: que est amicitia pñtie carnalis: et circa eam: que est circa altitudinem diuinitatis: qa vna est humana: et alia diuina. ¶ Ad secūdam rñdetur: negādo qñaz. Et ratio est: quia licet xps potuerit dare spiritum sanctum viuens in carne hic: vnde spiritus sanctus descēdit: super eum baptizatum in specie colūbe: et nūq recessit ab eo: quem ab instanti cōceptionis recepit: nō ad mensuram: sed noluit eum dare discipulis cum eis existēs. Et hoc multiplici ratione sm sanctum Tho. super Jo. Primo pp̄ter eorum indispositionem. Nam spiritui sancto: cum sit amor spūalis cōtraria tur amor carnalis. Discipuli autem quodā modo carnali amore afficiebantur ad xpi humanitatem: nec dum eleuati erant spūali amore ad eius diuinitatem. Et ideo nōdum capaces erant spūs sancti. Secundo pp̄ter diuini auxilij conditionem: quod maxime adest suis: cum suis necessitatibus: quādiu autem xps cum discipulis erat: sufficiēs adiutorium erat eis: sed eo recedente. quia multis tribulationibus exponebantur: ideo statim datus est eis alius consolator. et adiutor: vnde signanter: dicit. Alium paraclitum dabit vobis. Tertio propter dignitatis christi considerationem. Nam vt August. dicit i libro de trini. Christus inquantum homo non habet: q det spiritum sanctum: sed inquā tum deus. Quando autem cum apostolis erat: videbat esse quasi vnus homo ex eis. Ne ergo videretur q homo esset: qui dat spm sanctum: ideo ante ascensionem nō dedit spm sanctum. Jo. ix. Nondum spūs erat datus: qa nondum iesus erat glorificatus. Quarto propter vnitatem ecclesie conseruandam. Nam vt Jo. iiij. dicitur. Joannes nullum signum fecit quod ideo fuit: ne po-

pulus divideretur a xpo: et vt euidentior appareret eminentia eius ad Jo. Discipuli autem xpiformiter a xpo replendi erant gratia spiritus sancti: vt etiam maiora opera facerent quam xps fecit. Jo. xiiij. Et maiora horum faciet. Et ideo si ante passionem fuisset eis datus spiritus sanctus: potuisset verti in dubium apud populum: quis esset xps. Et sic fuisset in ea divisio. Ps. ascendens xps in altum: sequitur dedit dona hominibus. ¶ Ad vltimam rationem respondetur negando consequentiam. Et ratio est: quia vt dicit Albertus magnus: verum est quod quamdiu xps suam corporalem presentiam exhibuit stans ad caritatem sue diuinitatis verbis erexit: et ideo corporalem suam societatem exhibuit: vt esset sicut via: vt dicit Grego. Diuinam autem promisit: sicut vie terminum. et ideo permanens in eo: quod est via: impeditur a termino: et hoc quod deberet vti: fruitur. sicut fine. Et ideo est peruersus. Et hoc est quod dicunt sancti: quod corporalis delectatio in xpo secundum carnem: impediuit consolationem spiritus sancti. Et hec est veritas huius conclusionis. Hec Albertus magnus.

Ad secundam q. sic proceditur. Et videtur: quod non conuenienter dicatur: quod spiritus arguet mundum de peccatis. etc. ¶ Primo: quod spiritus sanctus non erat incarnandus: et visibiliter predicans mundum argueret. ¶ Secundo. Christus sufficienter arguit mundum de peccato. Unde Jo. viij. arguens iudeos dicebat. Vos ex diabolo estis. Et Mat. xxi. multa contra scribas et phariseos arguendo dixit. Non ergo videbatur aduentus spiritus sancti necessarius. ¶ Ad hoc in oppositum est euangelium presens. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam dicendum: quod spiritus sanctus super discipulos venturus: arguturus dicebatur mundum de peccato. etc. non est intelligendum: quod esset sicut dei filius incarnem assumpturus: et in ea visibiliter predicaturus mundo: et cum redarguturus: Sed quod inuisibiliter penetrans corda discipulorum diffunderet in eis tantam caritatem: quod timore depulso arguendi haberent potestatem. Quamdiu enim discipuli carnaliter ad xpm afficiebantur: spiritus sanctus non erat in eis: modo quo postea fuit: et ideo non erant ita audaces: sicut post eius aduentum fuerunt. Ps. Spiritu oris eius omnis virtus eorum. s. apostolorum. Et sic patet solutio ad primam: arguendo ergo et condemnando ostendet mundum. i. mundialiter viuentes de tribus. s. de peccato. infidelitatis in xpm: vnde ait de peccato: quia non crediderunt in me: non dicit mihi: vel me quia etiam demones credunt xpm esse et contremiscunt Jacobi. ij. Sed dicit in me per fidem caritate formatam: sine qua fide mediatoris: non dimittitur aliquod peccatum. Secundo de iusticia. s. xpi: quam non acceperunt nec imitati sunt homines mundani. De cuius iusticie declaratione subdit dicens: quia vado ad patrem. Per hoc enim: quod xps ad patrem rediens resurrexit: et ad celum ascendit: declarata est iusticia eius: secundum quod arguit Petrus. Actu. ij. Jesum nazarenum virum approbatum a deo. Et sequitur. Hunc iesum resuscitauit deus: nos omnes testes sumus. Dextera ergo dei exaltatus est. etc. Et huius iusticie xpi declaratio: erat persecutorum eius manifesta arguitio: vel condemnatio. Tertio: arguendus erat mundus de iudicio: quia princeps s. diabolus: qui est princeps mundi. i. mundanorum non creatione sed imitatione Job. xli. Ipse est rex super omnes filios superbie: hic princeps iam iudicatus est. i. condemnatus diuina sententia: tanquam obstinatus. Et per consequens omnes ei adherentes: eodem iudicio ostenduntur condemnabiles. ¶ Ad secundam rationem respondetur: quod non ideo dicitur: quod spiritus sanctus arguet mundum de peccato etc. quasi xps non arguebat: sed xps visibiliter: spiritus autem sanctus inuisibiliter: sicut dictum est.

Ad tertiam q. sic proceditur. Et videtur: quod plenitudo spiritus sancti debuit dari ante ascensionem. ¶ Primo sic. Plenitudo gratie debuit dari in

temporis plenitudine: Sed plenitudo tēpo
ris īcepit a christi natiuitate: ſm q̄ dicit ad
Gala.iiij. Ergo.7c. ¶ Secūdo etiā; argui
tur: q̄ plenitudo gratie non ſit adhuc data
ſic. Sicut filius eſt a patre: ita ſpiritus ſctūs
eſt ab vtroq3: Status autem veteris teſta-
menti correſpondet patri: in quo intende-
bant patres generationi Similiter ſtat⁹ no
ue legis: correſpondet filio: in quo clerici in
tendentes ſapiētie filio appropriate: habēt
populū regere: Ergo videtur: q̄ futur⁹ ſit
alius ſtatus ſpiritui ſancto correſpondēs: tē
pore aūt ſpiritui ſancto correſpōdenti deb3
plenitudo gratie dari. Ergo.7c. ¶ In op-
poſitum arguitur ex euāgelio preſenti: vbi
ait ſaluator: Si nō abiero paraclitus nō ve-
niet ad vos. Rn̄deo: dicendū q̄ circa hic.
q. errauerūt Manichei: occaſione verbo-
rū xpi: ſm q̄ dicit Auguſt. li.ij. contra Fau
ſtū. Chriſtus enim in hoc capi. loquens de
aduentu ſpiritus ſancti dixit apoſtolis: Cū
autē venerit ille ſpiritus: docebit vos om
nē veritatem. Apoſtoli autem omnē veri-
tatem nō cognouerūt: ſecūdū q̄ dicit Apo
ſtolus ṗme ad Cor.xiij. Ex pte cognoſcim⁹
7 ex parte prophetam⁹. Ideo dixerunt ali-
qui: q̄ promiſſio ſpiritus ſancti nō fuit im-
pleta in apoſtolis: ſed in ipſo Manicheo:
qui fuit poſterior ipſis: 7 ſm eos cognouit
plenitudinem veritatis. Propter qd̄ Ma
nichei nō recipiūt librum actuum apoſtolo
rū: quia ibi expreſſe ponitur miſſio plenitu
dinis ſpiritus ſancti ſuper apoſtolos: vt pa
tet Actu.ij. Sed dictum iſtorū Manicheo
rum manifeſte patet falſum: quia Mani-
cheus: quē dicunt omnem veritatē cogno
uiſſe: nō ſolūmodo multa falſa: ſed etiā; ab
ſurdiſſima dixit: vt patet inuenti eius erro
rem. Et nos in libello quem contra mani-
cheos ſcripſimus: ponendo quinquaginta
veritates: contra .l. Errores eorum: manife
ſte oſtendimus. Propter quod dicendū ē:
q̄ plenitudo ſpiritus ſancti: ſm q̄ xpo pro
miſerat: fuit completa in apoſtolis: qui fue
runt ipſi xpo ꝓpinquiſſimi: in quo habitat
omnis plenitudo diuinitatis: verūtamē nō
fuit data iſta plenitudo apoſtolis ante aſcē
ſionem xpi. Cuius ratio triplex eſt: quia ad
hoc daṫ gratia ſpiritus ſancti hominib⁹: vt
corda eorum trahantur furſum per appeti-
tum celeſtiū. Apetitus autem hominis non
tendit efficaciter ad aliquid: niſi illud appre
hendaṫ poſſibile. Et ideo poſſibilitas per-
ueniendi ad celeſtia debuit prius huiuſmo
di declarari: q̄3 daretur plenitudo ſpiritus
ſancti. Iſta autem poſſibilitas fuit declara-
ta in xpi aſcēſione: ſm quod dicitur Mi-
chee.ij. Aſcendit ante eos pandēs iter. Et
ideo plenitudo ſpiritus ſancti nō debuit da
ri ante aſcenſionē xpi. Propter quod dicit.
Jo.vij.c. Nondū erat ſpiritus ſanctus da
tus: quia nōdū fuerat ieſus glorificat⁹. Se
cūda ratio eſt ad hoc: quia ſpiritus ē amor
ſpiritualis. Et ideo apoſtoli prius debuerūt
diſponi per aliquem ſpiritualem amorē ad
chriſtum: antequam reciperēt plenitudinē
ſpiritus ſancti. Talis autem diſpoſitio facta
eſt ſubtracto amore carnali ad xp3: qui cau
ſabatur ex preſentia corporali ipſius xpi cū
apoſtolis: Que quidē preſentia ſubtracta
eſt in eius aſcenſiōe: Ergo.7c. Tertia ratio
ad hoc: quia xps non dat ſpiritum ſanctū
inquantum homo: ſed inquantum deus. Et
ideo prius debuit declarari eius diuinitas
per aſcenſionem ad patris equalitatem: q̄3
daret ſpiritus ſancti plenitudinem. Itē nō
d̄buit retardari talis plenitudo per magnū
tempus: quia ſicut iam dictum eſt: decens
erat: vt illi: qui erant primi fundatores ec-
cleſie poſt xp̄m: in maiori plenitudine habe
rent ſpiritum ſanctum: quibus ſtatim immi
nebat tempus predicandi veritatem euan-
gelij per orbem vniuerſum: tamen de ple-
nitudine poteſtatis diuine poteſt dari ple-
tudo ſpiritus ſancti indifferenter in quo-
bet tempore. ¶ Ad primum dicendum: q̄
plenitudo gratie incepit a chriſti conceptio
ne: quia eius anima ex tūc plenitudine gra
tie fuit repleta. Uerumtamen illa plenitudo
non erat tunc ad alios deriuanda: ſed poſt

ascensionem: et glorificationem christi: vt pa
tet per predicta. Non enim oportet q a prin
cipio plenitudinis temporis detur omnis
plenitudo gratie. sed sm ordinatum proces
sum dispositionis diuine. ¶ Secundum di
cendum: q lex noua successit veteri: sicut p
fectum imperfecto: Sed non est alius status
expectandus perfectior statu noue legis: cũ
noua lex vltimam perfectionem possibilem
in via contineat: Et ideo non est expectan-
da alia lex: vel alius status: magis correspõ
dens spiritui sancto: quã status noue legis:
potissime quia lex noua est amoris. Amor
autem appropriatur spiritui sancto sicut etiã
filio. Propter quod dicit Apostol⁹. Ro.
viij. Lex spiritus vite in christo iesu. etc. Eo
dem modo lex vetus non solum correspon
det patri: sed etiam filio: inquantum fuit ibi
dem prenunciatus: et prefiguratus. Propt
quod dicit saluator Jo. v. Si crederitis
moysi: crederetis forsitã et mihi. De me. n.
ille scripsit. Illud autem q adducebant Ma
nichei pro se: cum venerit ille spiritus veri
tatis: docebit vos omnem veritatem: respõ
detur: q cognouerunt omnem veritatem co
rum statum dicentem. Quod autem dicit
Apostolus. i. ad Corin. xiij. ex parte cogno
scimus etc. dicimus: q loquitur de cognitio
ne vie: respectu cognitionis patrie. Et ideo
non valet argumentum Manicheorum: q
apostoli cognouerunt ea: que decuit eos sci
re pro statu vie: vt dictum est.

¶ In dominica quarta est euangelium. In
illo tẽpore dixit iesus discipulis suis. Amẽ
amen dico. etc. Jo. xvi. Circa quod ssponit
disputari sequẽtes questiones.

¶ Prima: vtrum omnis qui petit a pa-
tre celesti in nomine christi: accipit quod
petit.

¶ Secunda: vtrum sit verum: quod apo-
stoli ante resurrectionem christi nihil petie
runt in nomine xpi.

¶ Tertia: vtrum gaudiũ spirituale possit in
hac vita impleri.



D primam sic proceditur. Et
videtur: q non omnis qui pe
tit a patre celesti: accipiat qđ
petit. ¶ Primo sic. Ipsemet
christus a patre suo petiit amo-
moueri calicem: et tamen non fuit exaudi-
tus: Ergo. etc. ¶ Secundo: paulus vas ele
ctionis petiit a deo patre stimulum carnis
sibi ammoueri: Et non accepit quod pe-
tiit: Ergo. etc. ¶ Tertio sic. Idem arguitur
de multis aliis: qui multa petunt a patre ce
lesti in nomine christi: et tamen non accipi-
unt quod petunt: Ergo. etc. ¶ In opposi-
tum est euangelium presens: verbum chri-
sti. Respondeo dicendum: q omnis q pe-
tit a patre celesti in nomine christi: accipiet
quod petit, dum tamen interueniãt quinq
conditiones: que continentur in verbis p-
positis. Prima conditio est: q petatur spi
rituale. Quod notatur cum dicitur: si quid
i. aliquid: quia malum nihil est. Item tem-
porale comparatum ad spirituale nihil ẽ vn
de August. Quicquid aliud quã q ad vi-
tam eternam accedit petitur: nihil petitur:
non quia res omnino nihil sit: sed tante rei
comparatione: quicquid aliud concupisci-
tur: nihil est. i. Corin. x. Qui se existimat ali
quid esse: cum nihil sit: sed nunquid non sa
nitatem petimus: vt cum infirmi inungun-
tur? Item prosperitatem temporalem. Item
temporalia: vt ibi panem nostrum quotidia
num. Respondetur: q temporale relatum
ad spũale: iã aliquid est. Unde nota: q ora
tio nihil aliud ẽ: q̃z explicatio desiderii. Eo
ergo modo aliquid orandum est: quo desi-
derandum: Sed aliquid desideratur du-
pliciter scilicet propter se: vt finis: sic so-
lum regnum celorum Math. vi. Queri-
te primum regnũ dei. Et Psalmista. Unã
petii a domino et cetera. sic in euangelio
presenti. Petite vt gaudium vestrum ple
num sit. ¶ Aliquid desideratur pro-
pter aliud vt temporalia: que sunt ma-
teria virtutum: et sine quibus hanc vi-

tam ducere nō possumus. Sic Mat. v. panē nostrū quotidianū. rc. Item prouer. iij. Mendicitatē nec diuitias ne dederis mihi: sȝ tm̄ victui meo tribue necessaria. Uirtutes aūt ⁊ gratia petuntur tanq̄ȝ per se ad finem ducentia. Secunda cōditio in oratione est: vt fiat cū pseuerantia. Luc. xv. Opȝ semp orare: ⁊ nō deficere. Et. i. Thi. v. Sine intermissione orate. Et hoc notaṫ in verbo illo: petieritis: quasi perseuerando: ⁊ cōtinuando. Tertia cōditio orationis ē: vt fiat ⁊ procedat ex filiali affectu: cū dicit patrem Qui eni ex timore petit: nō patrē sed dominū petit: vel hosteȝ. Et hoc est q̄ pie petat. Quarta cōditio orationis est: vt sit de ijs: q̄ pertinent ad salutē: cum dicitur in nomine meo: quod est nomen saluatoris. In quo nomine petit: qui pertinētia ad salutē petit: q̄ iesus quod est nomē saluatoris: solus interpretatur. Quinta conditio orationis est: vt fiat sive vt petat pro se. Unde dicit vobis: quia ꝓ alijs nō exaudiṫ: semp cōtrariantibus eoꝝ demeritis: ꝓ quibus fit petitio. vt pro peccatoribus: aut indispositis. Hie. vij. Noli orare pro populo isto. Et. xv. Si steterit Moyses ⁊ Samuel. rc. ¶ Ad rōnes in oppositū. ¶ Ad primaȝ r̄ndetur: q̄ xp̄s fuit exauditus in omni sua oratiōe: s̄m deliberationē. R̄ndetur: q̄ xp̄s petēs calicem passiōis a se transferri: nō expressit voluntateȝ suā simpliciter. s. quod simpliciter volebat: sed motū sensibilitatis: aut cuiusdā voluntatis rōnis: vt natura est. Pro quo notandū: q̄ oratio est quodāmodo interpretatiua voluntatis humane. Tūc ergo alicuiꝰ orātis exauditur oratio: qn̄ eiꝰ volūtas adimpleṫ. Uolūtas aūt simpliciter hois ē voluntas rōnis. Hoc aūt absolute volumꝰ: qd̄ secūdū deliberatā rōnem volumus. Aliud aūt quod volumus s̄m motū sensualitatis: vel etiā s̄m motū voluntatis simplicis: que cōsideratur vt natura: nō simpliciter volumus: sed s̄m quid. s. si aliud non obsistat: qd̄ per deliberationē rationis inuenitur. Unde talis voluntas magis est dicenda velleitas: q̄ȝ absoluta voluntas: quia. s. hō hoc vellet: si aliud nō obsisteret. Secūdū autem volūtateȝ rōnis: xp̄s nihil aliud voluit: nisi quod sciuit deū velle. Et ideo omnis absoluta voluntas xp̄i: etiaȝ humana: fuit impleta: quia fuit deo cōformis. Et per cōsequēs omnis eius oratio fuit exaudita. ¶ Ad secūdam r̄ndetur: q̄ paulus: qd̄ orauit: nō obtinuit: quia nō sibi expediens. ij. Corin. xij. ¶ Ad tertiaȝ r̄ndetur: q̄ aliqui nō exaudiūtur: est ꝓpter effectum aliquaꝝ predictarū conditionū requisitaꝝ ad hoc: q̄ orō sit exaudibilis Mat. ij. Nescitis qd petatis.



D secūdaȝ: q. sic proceditur. Et videtur: q̄ nō sit verū: q̄ apostoli nō petierūt aliqd p̄mo: in nomine xp̄i. ¶ Primo sic Mat. x. diciṫ: q̄ conuocatis. xij. apostolis dedit eis potestatem spirituum immundorum. Sed hec orando faciebant: Ergo aliquid petierunt in nomine christi. ¶ Secūdo sic. Luc. x. dicitur: A discipulis. Domine in nomine tuo etiam demonia subijciūtur nobis. ¶ Tertio: videṫ contra illud Jo: xxi. In verbo auteȝ tuo laxabimus rete: Ergo videtur: q̄ in nomine christi aliqd a deo apostoli petierunt. ¶ In oppositum est euangeliū p̄ns: vbi dicitur. Usq̄ȝ modo nō petistis quicq̄ȝ in nomine meo. Respondeo dicendum: q̄ verum est q̄ christus ait in presenti euangelio. Nam apostoli ante resurrectionem christi nō ita cognouerunt virtuteȝ nominis christi: sicut post: Et ideo adhuc ignorabant: q̄ ois eorum petitio eēt exaudibilis in nomine xp̄i: tum etiam quia omnia bona habebant in xp̄o: bonum vtile: quia in eo erant omnes thesauri sciētie sapientie dei: bonum delectabile: quia erat speciosus forma pre filijs hominum. Psal. bonum honestum. psal. Nimis honorati sunt amici tui deus. ¶ Ad rōnes in oppositum. ¶ Ad primam respōdetur negando consequentiam. Et ratio ē: quia licet haberent potestateȝ a xp̄o super demonia: non tamen sequitur: q̄ orādo pe

terent in nomine xpi: sicut nunc ecclesia in
oibus: quasi orationibus: in xpi nomine fini
endo dicit per dominū nostrū iesuz xpz. rē.
Vel aliud simile. ¶ Et ita respondet ad se
cūdā; quia ibi in nomine tuo intelligitur. i.
in virtute tua potestate a te nobis cōcessa.
¶ Ad tertiam similiter respōdetur: q non
est ad propositum: quia aliud est petere in
noie xpi aliquid a patre: et aliud in verbo
xpi laxare retia.



Ad tertiam. q. sic procedit. Et
videtur: q gaudium spūale:
quod ex caritate causat non
possit i nobis ipleri. ¶ Pri
mo sic. Quāto magis gaudi
de deo habemus: tāto gaudiū ei⁹ in no
bis magis impletur: Sed nunq̄ possumus
de deo tātū gaudere: quātum dignū est vt
eo gaudeatur: quia semper bonitas eius
que infinita est: excedit gaudiū creature qd̄
est finitum: Ergo gaudiū de eo nunq̄ pos
test impleri. ¶ Secundo sic. Illud quod ē
completum nō potest esse maius: Sed gau
dius enaz beatorum potest esse maius: quia
vnius gaudiuz ē maius q̄z alterius: Ergo
gaudiū de deo nō potest in creatura imple
ri. ¶ Tertio sic. Nihil aliud esse videt cō
prehensus q̄z cognitionis plenitudo: sed si
cut vis cognitiua creature ē finita: ita et vis
appetitiua eiusdez. Quom ergo deus non
possit ab aliqua creatura cōprehendi: vide
tur: q nō possit alicuius creature gaudium
de deo impleri. ¶ In oppositum est p̄sens
euangelium vbi dicitur. Petite vt gaudiū
vestrū plenum sit. Rn̄deo dicendū: q ple
nitudo gaudij pōt intelligi dupliciter. Uno
modo ex parte rei: de qua gaudetur: vt. s. tā
tus gaudeatur de ea: quantum dignū est de
ea gaudere. Et sic est cōclusio p̄ima: q solū
dei gaudium est plenū de se ipso. Patet cō
clusio: quia gaudiū eius est infinitū. Et hoc
est cōdignum infinite bonitati dei. Cuiusli
bet autem creature gaudiū oportet esse fini
tus. Alio modo pōt intelligi plenitudo gau
dij: ex parte gaudentis: et sic ponitur secun
da cōclusio: q gaudium spirituale pōt iple
ri in futura beatitudine. Ista cōclusio decla
ratur sic. Gaudium comparatur ad deside
rium: sicut quies ad motum. Est autē quies
plena: quādo nihil restat de motu. Uñ tūc
est gaudium plenum: quādo iam nihil desi
derādum restat. Quādiu autem in hoc mū
do sumus: nō quiescit i nobis desideriū mo
tus: quia adhuc restat: q deo magis appro
pinquemus per gratiam: Sed quādo iam
ad beatitudinem perfectam perueniuz fue
rit: nihil desiderandum restabit: q: erit ple
na fruitio: in qua homo obtinebit quicqd
etiam circa alia bona desiderabit: sm illud
Ps. Qui replet in bonis desideriuz tuuz.
Et ideo quiescet nō solum quo desideram⁹
deum: sed etiam omniū desiderioꝝ quies.
Unde gaudium beatorum est perfecte ple
num et etiam super plenum: quia plus obti
nebūt q̄z desiderare suffecerit. Nō eniz in
cor hominis ascendit: que preparauit deus
diligentibus se: vt dicitur. i. Cor. ij. Et hinc
est quod dicitur. Luc. vi. Mēsuram bonā
et superfluentem dabunt in sinus vestros.
Quia tamē nulla creatura est capax gaudij
de deo ei condigni: inde est q illud gaudiū
nō cadit in homine: sed potius homo intrat
in ipsum sm illud Mat. xxv. Intra in gau
diuz domini tui. ¶ Ad rōnes in oppositū.
¶ Ad primaz respōdetur: q ratio illa pce
dit de plenitudine gaudij ex parte rei: de q̄
gaudetur. ¶ Ad secundaz respondetur ne
gando minorem. Et ratio est: quia cum per
uētum fuerit ad beatitudinem: vnusquisq̄z
attinget terminum sibi prefixum: ex prede
stinatiōe diuina nec restabit vlterius aliqd
quo tendatur: quātūis in illa terminatione
vnus perueniat ad maiorem propinquitatē
dei: alius ad minorem. Et ideo vniuscuius
q̄z gaudium erit plenum ex parte gaudētis
quia vniuscuiusq̄z desiderium plene quie
tabitur: erit tamen gaudiū vnius maius: q̄z
alterius: propter pleniorem participationē
diuine bonitatis. ¶ Ad tertiaz rn̄detur ne
gando consequentiam. Et ratio est: quia vis

ter est plenitudo cognitionis. s. quedam ex parte rei cognite: ⁊ i. s. tantum cognoscatur res: quantū cognosci potest: Et ista bene potest dici comprehensio: ⁊ soli deo propria respectu sui ipsius: qui tantuz cognoscit se: q̄ntum cognoscibilis est. Alia dicitur plenitudo ex parte cognoscentis: sicut ⁊ de gaudio dictum est. Et de tali plenitudine bene pōt dici: ꝙ beatus plene cognoscet deum. Unde Apostolꝰ ad colo. i. Implebimini i agnitione voluntatis eius: in omni sapientia: et intellectu spirituali.

¶ In rogationibus euangelium est. In illo tempore dixit iesus discipulis suis. Quis vestrum habebit amicum: ⁊c̄. Luc. xi. Circa quod possunt disputari sequentes. q.

¶ Prima: vtrum in istis rogationibꝰ deꝰ solus sit orandus: an etiaz alij sancti.

¶ Secunda: vtrum in oratione nostra temporalia sint petenda.

¶ Tertia: vtrum sit sperāduz ꝙ peccatores orando impetrēt aliquid a deo.



D primam questionem sic ꝓceditur. Et videtur ꝙ i istis rogationibus solus deus sit orandus: ⁊ nō alius sanctus. ¶ Primo sic. Per diffinitionem orationis: Dicit Damasce. ꝙ oratio est ascensus mētis in deum: Ergo solus deus videtur orādus. ¶ Secūdo sic. Oratio est actus religionis: Sed solus deus est religiōe colendus: Ergo. ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Uirtus oratiōis plus in affectu ꝯsistit: quā in voce: quia hoc negociū vt August. dicit plus gemitibus: quā vocibus agitur: Sz solius dei est cogitationes cordium ⁊ affectꝰ percipere: Ergo nō nisi soli deo est porrigēda oratio. ¶ Quarto sic. Si aliquibus sanctis orationem porrigimus: hoc nō est nisi inquantum sunt deo coniuncti: Sed quidam etiam in hoc mūdo viuentes: vel etiam in purgatorio existentes sunt deo ꝯiuncti: simultum per gratiam. Ad eos autem nō porrigitur oratio: Ergo nec ad sanctos: qui sunt in paradiso debemus orationem porrigere.

¶ Quinto sic. Sancti existentes in paradiso nō orant ꝓ nobis: Ergo ad ipsos non est oratio porrigenda. Cōsequētia patet. Antecedens ꝓbatur: quia si sancti qui sunt in pria pro nobis orarent: superiorum sanctorū oratio esset efficatior. Nō ergo deberet implorari suffragiū orationum inferiorū sanctorum: sed solum superiorū. ¶ Sexto sic. Anima petri nō est Petrus: Si ergo anime sanctorum pro nobis orarēt: quādiu sunt a corpore separate: nō deberemus iterpellare sanctum Petrum ad orādum ꝓ nobis: sed animam eius. Cuius cōtrariū facit ecclesia dicendo. Sancte Petre ora ꝓ nobis. Nō ergo sancti ad minus ante resurrectionem ꝓ nobis orāt. ¶ In oppositū est Job. v. Voca si est: qui tibi respondeat. Et ad aliquem sanctorum cōuertere: Ergo oratio pōt fieri ad sanctos: nō solū ad deū. Secūdo hoc ostendit vsus ecclesie: que letanijs vtitur: in quibus nō soluz deus: sed etiam sancti innocātur. Rn̄deo: dicendum ꝙ oratio porrigitur alicui dupliciter. Uno modo quasi per ipsum implēda. Alio modo sicut per ipsū impetrāda. Qua distinctiōe habita: sit ista cōclusio prima: Solus deus ē orādus: siue soli deo oratio est porrigēda: sicut illi: per quē est adimplendum: quod petimus. Patz cōclusio: quia omnes oratiōes nostre ordinari debēt ad gratiam ⁊ gloriam cōsequendam que solus deus dat fm illud. Ps. Gratiam ⁊ gloriam dabit dominus. Secūda cōclusio est. Angeli sancti: ⁊ alij beati: orandi sunt: illis porriguntur orationes: sicut quorum auxilio impetramus: quod a deo expectamus s. quorum precibus ⁊ meritis nostre orationes sortiantur effectum. Et ideo dicit. Apoca. viij. ꝙ ascendit fumus aromatum. i. orationes sanctorum de manu angeli coram domino. Et hoc etiaz patet ex ipso modo: quo ecclesia vtitur in orando. Nam a sancta trinitate petimꝰ: vt nostri misereatur: ab alijs autem sanctis: quibuscūqz petimus: vt orēt pro nobis. ¶ Ad rationes in oppositum.

¶ Ad primam respondetur: ꝙ verum est:

ꝙ oratio primo et principaliter sit assensus mentis in deum. Unde Cassiodorus dicit: ꝙ oratio proprie fit ad deum: deprecatio vero ad sanctos. Sanctus Tho. quasi conformiter dicit: ꝙ in diffinitione debēt poni ea: que sunt per se: quãuis autem aliquo modo ad sanctos oratio fieri possit: sicut ad intercessores pro nobis: tamen proprie et per se oratio in deum fertur. ¶ Ad secundam respondetur: ꝙ illi soli impendimus orãdo cultum religionis: a quo querimus obtinere: quod oramus: quia in hoc protestamur eum omnium bonorum nostrorum auctorē non autem eos quos querimus: quasi interpellatores nostros apud deum. ¶ Ad tertiam respõdetur negando cõsequentiam. Et ratio est: quia sancti cognoscũt omnia in verbo: que ad eorum gloriam pertinent. Et quia ad magnam gloriam eorum est pertinens: ꝙ alios iuuare possunt: quasi dei cooperatores existentes: Et ideo stati in verbo vident petitiões ad eos factas: vel voce: vel corde. Et ideo petitiones: quas ad eos dirigimus: deo manifestante cognoscũt. ¶ Ad quartam respondetur negãdo cõsequentiã. Et ratio est: quia licet ij qui sunt in hoc mũdo: aut in purgatorio: sint coniuncti deo per gratiam: nondum tamē fruũtur actu visione verbi: vt possint cognoscere ea: que nos cogitamus: vel dicimus. Et ideo suffragia nõ imploramus ab eis orando: sed a viuis. Potest tamē supplicatio aliqua vel petitio fieri. ¶ Ad quintam respõdetur negando assumptum. Et ad probationem rñdetur: ꝙ deus vult inferiora omnia per superiora iuuari. Et ideo oportet non solum superiores: sed etiã inferiores sanctos implorare: aliquin esset solius dei mĩiacordia imploranda. Cõtinget tamē quãdoque ꝙ imploratio inferioris sancti: efficatior: est: vel quia deuotius imploratur: vel quia deus vult eorum sanctitatē declarare. ¶ Ad vltimam dicendum negãdo cõsequentiam. Et ratio est: quia sancti viuētes meruerunt vt pro nobis orarēt. Et ideo eos inuocamus nominibus: quibus hic vocabantur: quibus etiam nobis innotescunt. Et etiam propter fidem resurrectionis insinuandam: sicut legitur. Exo. iij. Ego sum deus Abraam.

A secũdam. q. sic proceditur. Et
a videtur ꝙ in oratione tempora
lia nõ sint petenda. ¶ Primo
sic. Que enim orando petimus querimus: Sed temporalia nõ debemus querere. Dicitur enim Mat. vi. Primũ querite regnum dei et iusticiam eius: et hec omnia adijcientur vobis. s. temporalia: que nõ querenda dicit: sed adijcienda quesitis: Ergo temporalia non sunt in oratiõe a deo petenda. ¶ Secũdo sic. Quicunque orat pro aliquo: sollicitus est pro illo: Sed pro temporalibus etiam necessarijs solliciti esse nõ debemus: vt patet Mat. vi. Nolite solliciti esse anime vestre: quid mãducetis. etc. Ergo tēporalia nõ sunt petēda in oratione. ¶ Tertio sic. Non debet homo petere a deo nisi bona et vtilia: Sed quandoque temporalia habita sunt nociua non solum spiritualiter: sed etiam corporaliter: Ergo temporalia in oratione non sunt petenda. ¶ In oppositum est illud: quod in oratione dominica cõtinetur. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. In qua oratione non solũ spiritualis: sed corporalis panis petitur: vt patet per glo Luc. xi. Respondeo dicendum ꝙ temporalia sunt petēda in oratiõe: quãtũ necessitas petit: siue exigit. Ista cõclusio probatur Prouer. iij. Tribue tñ victui meo necessaria. Pro qua cõclusiõe notãdum: ꝙ sicut dicit Aug. ad Probã: de orãdo deũ: Hoc licet orare: quod licet desiderare. Temporalia aũt licet desiderare nõ quidem principaliter: vt in eis finē cõstituamus: sed sicut quedã amminicula: quibus adiuuamur ad tendendũ in beatitudinē: inquãtũ. s. per ea: vita corporalis subueniat: et inquãtũ nobis organice deseruiũt ad actus virtutũ. Et vt Philosophus dicit. i. Ethi. Et ideo pro temporalibus licet orare eo modo: quo licet ea desiderare. In illis aũt: que desiderant est duplex distinctio attendenda. s. quod quedam sunt:

que desiderantur propter seipsa: quedam
ꝑpter aliud. Secūda est: ꝙ quedam nō ha
bent superfluitate desiderij: sicut virtutes:
quedā aūt habent sicut voluptates: diuitie:
ꝛ hmōi. Bona aūt temporalia ꝑpter aliō
desiderāda sunt: ꝛ cum quadā mensura. s.
scḋm ꝙ vere sunt necessaria ad vitā pn̄tem
agentē: sicut sapiens. Prouer. xxx. Diuitias
ꝛ mendicitatē ne dederis mihi: sed victui
meo tm̄ tribue necessaria. Et ideo hoc mo
do orare pro eis quis pōt: sicut modo in ro
gatiōibus fit. ¶ Ad rōes in oppositū. Ad
primam rn̄detur negādo consequentiā. Et
ad ꝓbationem rn̄detur: ꝙ temporalia nec
primo nec secūdo debent queri: quasi prin
cipaliter intenta. Possunt aūt queri: vt ꝓ
pter aliud desiderata. Unde Aug. libro de
sermone dn̄i in monte: cum dixit illud: primo
querendū est regnū dei: designauit: ꝙ hoc
s. temporale bonū posterius querendū est
nō tpe sed dignitate: illud tanq̄ȝ bonū nr̄m
hoc tanq̄ȝ necessariū nostrum. ¶ Ad secū
dam rn̄detur ēt negando consequentiā. Et
ad ꝓbationem rn̄detur: ꝙ in illis verbis.
Mat. vj. non ꝓhibetur quelibet sollicitu
do rerū tpaliū: nisi superflua ꝛ inordina
ta: non aūt ꝓhibetur sollicitudo necessaria
¶ Ad tertiā rn̄detur negando ꝯn̄am. Et
rō est: quia ex quo nō petimus tpalia tanq̄ȝ
principaliter quesita: sed in ordine ad aliud
Et sic recipiūt rōnem boni vtilis. Unde eo
tenore a deo petimus ipa: vt nobis ꝯcedan
tur. scḋm qḋ expediunt ad salutem.



Ad tertiā. q. sic ꝓceditur. Et
videtur: ꝙ nō sit sperādum
ꝙ peccatores orando impe
trent aliquid a deo. ¶ Pri
mo sic. Dicitur Jo. xi. Sci
mus q: peccatores deus nō
exaudit. Item. Prouer. xxviij. Qui de
clinat aurem suā ne audiat legē: oratio sua
erit execrabilis. Oratio aūt execrabilis nō
īpetrat aliquid a deo. Ergo peccatores nō
impetrant aliquid a deo. ¶ Secundo sic.
Justi impetrant a deo, illud qḋ merentur.
Sed peccatores nihil possunt mereri: q:
gratia carent: ꝛ caritate: que virtus pietatis
est: vt dicit glo. in Thi. iij. super illo verbo
habentes quidem spēm pietatis: virtutem
aūt eius abnegantes. Et ita non pie orant:
qḋ requirit ad hoc: ꝙ oratio īpetret. Ergo
peccatores nō impetrant aliquid orando
ad deum. ¶ Tertio sic. Dicit Criso. super
Ma. Pater nō libēter exaudit orationē:
quā filius nō dictauit. Sed in oratiōe: quā
xp̄s filius dei dictauit: dicitur: dimitte no
bis debita nostra ꝛc. qḋ peccatores nō faci
unt. Ergo vel mentiūtur hoc dicēdo. Et sic
nō sunt exauditione digne. Uel si non di
cunt: nō exaudiūtur: q: forma orandi a xp̄o
instituta nō ſuatur. Ergo ꝛc. ¶ In opposi
tum est qḋ Aug. dicit super Jo. Si pecca
tores nō exaudisset deus: frustra publica
nus dixisset. Deus ꝓpitius esto mihi pec
catori. Item est illud quod dicit Criso. sup
Mar. Omnis qui petit accipit. s. siue iu
stus siue sit peccator. Rn̄deo dicēduȝ sub
ista ꝯclusione: ꝙ sperandum est ꝛ tenēduȝ
ꝓ certo: ꝙ peccatores sepe exaudiuntur a
deo in petitiōibus suis ꝛ impetrāt multa q̄
petunt ex pura dei mīficordia. Pro quo
notāduȝ: ꝙ in peccatore duo considerantur
s. natura: quā diligit deus: ꝛ culpa: q̄ȝ odit.
Si ergo peccator orando aliquid petit: in
quātum est peccator. i. scḋm desideriū pecca
ti: hoc a deo non exauditur ex mīfico dia:
sed quādoq̄ȝ auditur ad vindictā: dum de
permittit peccatorem adhuc amplius rue
re in peccata. Deus. n. quedam negat pro
pitius: que cōcedit iratus: vt August. dicit.
Oratio autē peccatoris ex bono desiderio
nature ꝓcedens: a deo exauditur: nō quasi
ex iustitia: q: peccator hoc nō meretur: sed
ex pura mīficordia: obſuatis tamē ꝑmissis
cōditiōibus: vt. s. ꝓ se petat necessaria ad sa
lutem pie ꝛ perseuerāter. ¶ Ad rationes
in oppositum. Ad primam rn̄detur: ꝙ di
ctum illud. Jo. ix. fuit dictum ceciꝫ nō perfe
cte illuminati. Et ideo nō est ratum: quāuis
possit verificari: vt intelligatur: vt pecca

toris: vel ex condigno ad illud. Prouer. xxviij. rñdetur: q illa oratio peccatoris ë execrabilis: que est oratio eius: in quãtum est peccator. ¶ Ad secundã rñdetur negãdo pñam. Et rõ est: q licet peccator nõ possit pie orare: quasi eius oratio ex habitu virtutis informetur: potest tñ eius oratio eẽ pia: quãtum ad hoc: q illud: qd petit: sit ad pietatem pertinẽs: sicut ille: qui nõ habet habitum iustitie: põt aliquid iustum velle. Et quãuis eius oratio nõ sit meritoria: põt tamẽ esse impetratiua: q meritum innititur iustitie: sed impetratio gratie. ¶ Ad tertiã rñdetur negãdo ꝯsequentiam. Et ratio est q oratio dñica profertur ex persona. Et totius ecclesie. Et ideo si aliquis nolens dimittere debita ꝓximi dicat orationẽ dominicam: nõ mentitur: quãuis hoc quod dicit nõ sit verum: quo ad suam personam: est tamẽ verũ quãtum ad personam ecclesie: extra quã: ille est: merito fructu oratiõis caret. Aliqui tñ peccatores qñqꝫ parati sunt debitoribus suis remittere: et ideo ipsi orãtes exaudiũtur. ꝭm illud Ecc. xxviij. Relinque ꝓximo nocẽti: et tũc deprecãti tibi peccata soluentur.

¶ In die ascẽsionis dñi est euangelium. In illo t. recumbentibus vndecim discipulis et c. Marci. xvi. Circa quod possunt disputari. se. q.

¶ Prima: vtrũ conueniens fuit: xpm ascẽdere in celum.

¶ Secunda: vtrum ascẽsio xpi fuerit nobis vtilis: et nostre sal ut fructifera.

¶ Tertia: vtrum conueniat xpo: sedere ad dexteram dei.

Ad primã. q. sic proceditur. Et videtur q nõ fuerit conueniens xpm ascendere in celum. ¶ Primo sic. In xpo nõ est nisi duplex natura. scꝫ diuina et humana. Sed ꝭm diuinam naturam xpo nõ conuenit ascẽdere localiter: cum ipse ꝭm q deus sit: vbiqꝫ. Nec ꝭm dignitatem: cũ diuinitas ꝓficere non possit: nec iterũ ꝭm humanam ꝭm locũ: q ipsa de celo nõ descendit. Dicitur autẽ Jo. iij. Nemo ascendit in celum: nisi qui descendit de celo. Nec ꝭm dignitatẽ: q gloria sua post resurrectionem gloriosam nõ creuit. Ergo videtur: q xps non debuit ascendere in celum. ¶ Secũdo sic. Omne quod mouetur mouetur ꝓpter aliquid melius. Sꝫ in xpo non fuit melius esse in celo: qꝫ in terra. Nihil. n. accreuit sibi per hoc: q fuit in celo: nec quãtum ad animam: nec quãtũ ad corpus. Ergo videtur: q non fuit conueniens xpm ascendere. ¶ Tertio sic. Christus filius dei humanam naturam assumpsit: propter nostram salutem. Sed magis fuisset salutaris hominibus: q semper conuersaretur nobiscum in terris: qꝫ eius absentia: Ergo videtur: q nõ fuerit cõueniens xpm ascendere in celũ. ¶ Quarto sic. Si xps ascendere debuit. Videtur q statim post resurrectionem ascendere debuit: q ascensio sua est exemplar aliorum sanctorum. Sꝫ alij sancti post resurrectionem statim futuram corporum ascendet. Ergo Christus si ascendere debuit: debuit statim post resurrectionem ascendere et nõ differre vsqꝫ ad xl. dies. ¶ In oppositum est euãgeliũ pñs vbi dr̃. Dominus quidem iesus assumptus est in celum. Rñdeo dicẽdũ sub certis cõclusionibus. Prima conclusio. Cõueniens fuit xpm in celum ascendere. Ista ꝯclusiõ ẽ in simbolo: vbi dicitur. Ascendit ad celos. Et Jo. ij. dicit. Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum. Secundo sic. Locus dꝫ esse proportionatus locato. Christus autẽ per suam resurrectionem: vitam immortalem et incorruptibilem inchoauit. Locus autem in quo nos habitamus: est locus generationis et corruptionis. Sed locus celestis est locus incorruptibilis. Non fuit ergo cõueniens: q xps post resurrectionem maneret in terris: sed conueniens fuit q ascẽderet in celum. Ubi nota: q ascendere in celum fuit cõgruum ipsi xpo: et nobis. Christo quidem: q omne id quod ad gloriã ꝑ

tinet: debebatur ei. Unde cum celum em-
pireum sit locus congruus glorie: conueni
ens fuit vt ad illuz locum ascéderet. Nobis
aũt congruum fuit quantum ad tria. Pri
mo: vt nos quasi incorruptibilez possessio
pem induceret celi: quã nobis precio sui sã
guinis emerat. Secundo vt ipse spem no
stram ad celum erigeret: ꝙ dum humanã
cõditionẽ sideribus importauit. credẽtibus
celum posse patere mõstrauit vt dicit Leo
papa. iij. vt iam Christum nõ ẜm carnẽ co
gnoscentes: spũaliter tñ ei cõiungamur: vt
sic idonei efficiamur ad dona spũs sancti
accipienda: ẜm illud. Ps. Ascẽdens xp̃us
in altũ: dedit dona hoibus. Secũda ꝯclu-
sio. Christus ascẽdit super oẽs celos. Ista
cõclusio habetur ad Ephe. iiij. Ascẽdit su-
per oẽs celos: vt adimpleret omnia. Ista
cõclusio rõne sic ꝓbat. Quãto aliqua cor-
pora perfectius participant diuinaz bonita
tem: tanto sunt superiora corporali ordine:
qui est ordo localis: Sed inter oia corpora
etiam gloriosa: corpus xp̃i maiori refulget
gloria. Ergo ꝯuenientissimũ fuit: ꝙ sit sup
omnia corpora ꝯstitutũ in alto. Et ideo sup
illud ad Ephe. iiij. Ascendens xp̃s in altuz:
dico loco: ⁊ dignitate. Attẽde tamen: ꝙ nõ
dicitur ascẽdisse super oẽs celos: ꝙ extra
celũ empireũ sit: sed ꝙ in altissima parte ce
li empirei ascẽdit: nec in ascensu suo fuit ali
qua diuisio facta celorũ: ꝙ quãuis de natu
ra corporis nõ sit: ꝙ possit esse in eodez lo
co simul cũ alio corpore: põt tamẽ deus hoc
facere per miraculũ: ꝙ in eodem loco pos
sent esse simul: sicut fecit vt corpus xp̃i clau
so vtero beate virginis exiret: ⁊ ꝙ intraue
rit ianuis clausis ad discipulos: vt dicit bea
tus Gregorius. Tertia ꝯclusio. Christꝰ ascẽ
dit ꝓpria virtute in celũ. Ista ꝯclusio patz
ex illo Isa. lxiij. Iste formosus in stola sua:
gradiens in multitudine fortitudinis sue.
Pro cuius ꝯclusionis vera intelligẽti: est
notãdum: ꝙ in xp̃o est duplex natura. s. di-
uina ⁊ humana. Unde ẜm vtrãqz naturaz
põt accipi duplex virtus eius. Sed ẜm hu

manã naturã põt accipi duplex virtus xp̃i.
Una quidẽ naturalis: que ꝓcedit ex princi
piis nature. Et tali virtute manifestũ ẽ: ꝙ
xp̃s non ascẽdit. Alia aũt virtus in huma-
na natura: est virtus glorie: ẜm quã xp̃s in
celum ascẽdit. Cuius quidẽ virtutis rõ ex
parte anime glorificate assignãt: ex cuiꝰ re
dundantia glorificãt corpus: vt dicit Aug.
ad Dioscorũ. Erit. n. tanta obediẽtia corpo
ris glorifi. ad aiam beatã: vt sicut Aug. di-
cit. xxij. de ciuitate dei: vbi volet spũs ibi
erit ꝓtinus corpus. Decet aũt corpus glo-
riosum ⁊ imortale esse in loco celesti: vt di-
ctum est. Et ideo ex virtute aie volẽtis: cor
pus xp̃i ascendit in celum. Sic ergo xp̃us
ascẽdit ꝓpria virtute. Primo quidẽ virtu
te diuina. Secũdo aie glorificate mouentis
corpus: pro vt vult. Nec obuiat huic ꝯclu
sioni: ꝙ assumptus dicitur in euãgelio: ꝙ si
cut xp̃s dicitur ꝓpria virtute surrexisse: ⁊
tñ est suscitatus a patre: eo ꝙ est eadẽ vir-
tus patris ⁊ filii: ita xp̃s ꝓpria virtute ascẽ
dit in celũ: ⁊ tñ a patre est eleuatus: ⁊ assũ
ptus. ¶ Ad rõnes in opposituz. ¶ Ad pri-
mã rñdetur: ꝙ ascẽdere: ⁊ descẽdere: pos-
sunt dici ꝓprie. Et sic signãt equiuocalem.
Unde nõ ꝯueniũt xp̃o ẜm diuinã naturaz:
sed ẜm humanã: secundũ quã descẽdit ad
inferos: hic descensus fuit ẜm aiam: ⁊ ascẽ-
dit localiter ad celos ẜm aiam ⁊ corpus si-
mul. Dicitur ẽt Metha. Ascẽdere ⁊ de-
scendere. Et sic xp̃s dicitur descẽdisse ẜm
diuinã naturã: inquãtum se exinaniuit: for-
mã serui accipiẽs. Phi. ij. Et inquãtũ per
nouũ effectũ fuit ibi in aia ẜm quẽ ante nõ
fuerat. Ascẽdisse aũt quãtũ ad notitiã alio-
rũ: similiter quãtũ ad humanã naturã ascẽ
dit: ẜm ꝙ exaltatus est ad gloriã resurrecti
onis: ⁊ notitiã populoꝝ: descendit aũt ẜm
passionis ignominiã. Qd aũt dicit nemo
ascẽdit: nisi qui descẽdit: ad personã referẽ
dum est: cui ẜm vnã naturã ꝯuenit descen
dere de celo. i. ẜm diuinã: inquãtuz sibi car
nem in persona copulauit: ⁊ ẜm aliam. s. hu
manã ascendere. ¶ Ad secundã rñdetur:

q fuit decentius: corpus xpi in celo q̃ in terra. Pro quo nota: q licet per hoc: q xpo ascendit in celum: nihil ei accreuit: quantum ad ea: que sunt de essentia glorie siue sm corpus: siue sm aiam: tamen accreuit ei aliquid: quantum ad loci decentiam: qd est ad bene esse glorie: nõ q corpori eius aliquid aut perfectiõis: aut ɔsumationis acquireretur ex corpore celesti: sed solum modo propter quandã decẽtiam. Hoc aũt aliquo modo pertinebat ad eius gloriã. Et de hac decentia: gaudium quoddã habuit: non quidem: q tũc de nouo: de hoc gaudere inciperet: quãdo in celũ ascendit: sed q nouo modo: de hoc gausus est: sicut de re impleta. Unde super illud. Ps. Delectatiões in dextera tua vsq̃ in finem dicit glo. Delectatio et leticia erit mihi in consensu tuo: humanis obtusiõibus subtractio. Unde Alexander de ales in .iij. dicit: q nouum gaudium potest dici quo ad nouã spẽm gaudij et quo ad numerum gaudiorũ: põt dici nouum gaudiũ: q est nouus modus gaudendi vel gaudij. Primo modo non accreuit xpo nouum gaudium: q de nullo gausus est in ascensione: de quo prius non gauderet: sed scdo modo sic: sicut dicimus: q cum sit descensus a theorica practice ad practicã experientie: non fit descẽsus a noto ad ignotum: sed ad notũ: alio modo. ¶ Ad tertiam dicetur negando minorẽ. Et ratio est: q licet psentia corporalis xpi fuerit subtracta fidelibus per ascẽsionẽ: psentia tamen diuinitatis ipsius semper adest fidelibus: sm q ipse dicit Mat. vltimo. Ego aũt vobiscum sum: vsq̃ ad consumationem seculi. Qui enim ascẽdit in celos: non deserit adoptatos: vt dicit Leo papa. Sed ipsa ascensio xpi in celum: qua corporalẽ sui psentiam nobis subtraxit: magis fuit vtilis nobis: quã psentia corporalis fuisset vt dicit scũs Tho. Primo quidã ppter fidei argumentum: que est de non visis. Unde ipse dñs dicit Jo. iij. q spũs sanctus adueniens: arguet mundum de iustitia .s. eorum: qui non credũt vt dicit Aug. super Jo. Ipsa quippe fidelium comparatio infidelium est vituperatio. Unde subdit: q ad patrem vado: et iam nõ videbitis me. Beati enim qui nõ vident et crediderunt. Erit itaq̃ vestra iustitia: q de qua mundus arguitur: quã in me: quẽ nõ videntes creditis. Secundo ad spei subleuationẽ. Unde ipse dicit Jo. xiiij. Si abiero et ppara uero vobis locũ: iterũ veniam et accipiam vos ad meipsum: vt vbi ego sum et vos sitis. Per hoc enim q humanã naturã in celo collocauit: dedit nobis spem illuc perueniendi: q vbi fuerit corpus: ibi congregabuntur et aquile: vt dicitur Mat. xxiiij. Unde et Michee. v. dicitur. Ascendit iter pãdens ante eos. Tertio ad erigendum caritatis affectum in celestia. Unde dicit Apostolus. Colo. iij. Que sursum sunt sapite: non que super terrã. Et q spũs sanctus amor est: nos in celestia rapiens: ideo dominus dicit discipulis Jo. xxvj. Expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero: paraclitus non veniet ad vos. Quod exponens Aug. super Jo. dicit. Non potestis capere spiritum: quandiu sm carnem nosse persistitis christum. Christo autem ascendente corporaliter: non solum spiritus sanctus: sed pater et filius illis affuit spiritualiter. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. Et ratio est: quia licet christo resurgente in vitam immortalem congrueret locus celestis: tamen vsq̃ ad ascensionem distulit: vt veritas resurrectionis comprobaretur. Ad quã ostendendam oportuit: q nõ statim post resurrectionem ascenderet: sed diu cum apostolis conuersaretur: vt ex magna familiaritate omnis dubitatio tolleretur: quia si tñ apparuisset semel: potuisset videri aliqua illusio. Et ideo pluries in illis .xl. diebus illis apparuit. Fuit etiam dilatata ascensio ad consolationem discipulorum: qui de morte christi contristati fuerant. Et ideo dicit glo. Act. j. sicut .xl. hore

fuerūt mortis xp̄i:ita.xl.dieꝰ cū eis cōuersa
tus est post resurrectionem:quia consolatio
diuina excedit tristitiam humanā vt magis
extendat̄ tempus cōsolationis:ꝙ̄ tribula
tionis. Quod aūt arguitur de alijs sanctis:
nō valet:quia alioꝝ sanctorum nō oporte
bit resurrectionem probari:quia omnibus
manifesta erit. Et ideo nō oportet qꝫ diffe
ratur ascensio eorum.


D secūdam.q.sic ꝓcedit̄. Et
videtur qꝫ ascēsio xp̄i nō fuit
nobis vtilis:⁊ fructuosa no
stre saluti. ¶ Primo sic. Per
passionem ⁊ descēsum ad in
feros:omne impedimentum remotū est:et
ianua paradisi per passionem aperta est:et
similiter per baptismū:quādo celi apti sunt
Ergo per ascēsionē nihil nobis vtilitatis ac
creuit. ¶ Secūdo sic. Christus fuit cā no
stre salutis:inquātuꝫ salutē nostraꝫ meruit:
Sed per ascēsioneꝫ nihil nobis meruit:qꝛ
ascēsio pertinet ad premiū exaltatiōis:nō ē
autē ideꝫ premiū ⁊ meritum:sicut nec via ⁊
terminus. Ergo.⁊c. ¶ In oppositum est il
lud Jo.xvj. Expedit vobis:vt ego vadam.
i.recedā a vobis:per ascēsionem. Rñdeo:
dicenduꝫ qꝫ ascēsio xp̄i fuit fructuosa:quia
causa quodammodo nostre salutis. Et hoc
dupliciter. Vno modo ex pte nostra. Alio
modo ex parte ipsius. Ex parte quideꝫ no
stra:inquātū per xp̄i ascēsionē mens nostra
mouetur in ip̄m:qꝛ per eius ascēsiōem:vt i
precedenti.q.diximus:daretur locus fidei.
ij.spei.iij.caritati.iiij.etiam vt reuerētia no
stra augeretur ad ipsuꝫ:dū iam extimamus
eū:nō sicut hominē terrenū:sed sicut deum
celestē:sicut Apostolus dicit.ij.Cor.v. Et si
cognouimus ſm carnē xp̄m mortalem:per
quod putauimus euꝫ tm̄ hominem:vt glo.
exponit:sed nūc iam nō nouimus. Ex par
te autem sua fuit causa nostre salutis:quātū
ad ea:que ipse fecit ascēdens ꝓpter nostrā
salutē:⁊ primo qdeꝫ viam nobis preparauit
ascēdendi in celū:ſm qꝫ ipse dicit Jo.xviij.
Vado parare vobis locum ⁊ Michee.ij.
Ascēdit pandēs iter ante eos. Quia enim
ipse est caput nostrū:opꝫ ⁊ illuc sequi mē
bra:quo caput precessit. Vñ dicit Jo.xiij.
vt vbi ego sum:⁊ vos sitis. Et in hmōi si
gnum aīas sanctoꝝ:quas de inferno edu
xerat in celū:trāsduxit ſm illud. Ps. Ascē
dens in altū:captiuā duxit captiuitatē. Se
cūdo:quia sicut pōtifex in veteri testamēto
intrabat sanctuariū:vt assisteret deo pro po
pulo:ita xp̄s intrauit in celū ad interpellan
dū pro nobis:vt dicitur ad Hebre.vij. Ip
sa enim representatio sui ex natura huma
na:quā celo intulit:ē quedā interpellatio ꝓ
nobis:vt ex quo deus humanā naturaꝫ sic
exaltauit:in xp̄o:etiaꝫ eoꝝ misereat̄:pro qui
bus filius dei dicit̄ humanaꝫ naturā assum
psisse. Tertio vt i celoꝝ sede:quasi deus ⁊
dominus ꝯstitutus:ex inde diuina dona ho
minibus mitteret:ſm illud Ephe.iiij. Ascē
dit super omnes celos:vt ad impleret oīa.
s.donis suis ſm glo. ¶ Ad rōnes in oppo
situm. ¶ Ad primaꝫ rñdetur negando con
sequētiā. Et rō est:qꝛ lꝫ per passionē xp̄i oīa
impedimēta fuerūt a nobis amota:⁊ oīa
bona data:quātū ad meritū:qꝛ.s.per passio
nē xp̄s nobis meruit predicta:oportuit tā
mē:vt per effectū in illa bona introducere
mur:quasi in corporalē possessionē eoꝝ:q
iam nobis meruerat. Bona aūt glorie i tri
bus cōsistūt. Primo in diuina visiōe:que ē
beatitudo anime:⁊ hoc per effectū cōtulit
descēdendo ad inferos. Secūdū est gloria
corporis. Et hoc ichoauit in sua resurrectio
ne. Tertium est locus congruus. Et hoc pre
stitit in sua ascensione. In baptismo autem
celi aperti sunt in signum:qꝫ per baptismuꝫ
quem tunc inchoabat:in quo eius passio
operatur:plenarie celi aditus pateret no
bis. ¶ Ad secūdam respondetur negando
cōsequētiam. Et ratio: est:quia licet ascēsio
christi nō sit causa nostre salutis per modū
meriti:fuit tamen per modum efficiētie:in
quantum humanitatis:ſm quā ascēdit:est
quodāmodo instrumētū diuinitatis:⁊ ope
ratur in virtute eius.

a D tertiaz.q.sic pceditur. Et videtur: ꝙ nõ cõueniat xp̃o sedere ad dexteraz patris. ¶ Primo sic. Dextera ꝛ sinistra sunt differentie positionũ corporaliuz. Sz nihil corporale cõuenit deo: quia deus spiritus ẽ Jo.iiij. Ergo videtur: ꝙ xp̃o nõ conueniat sedere a dextris patris. ¶ Secundo sic. Si quis sedet ad dexteram alicuius: ille sedet ad sinistrã eius. Si ergo xp̃s sedeat ad dexteram patris: sequitur ꝙ pater sedeat ad sinistraz filij: ꝙ est inconueniens. ¶ Tertio sic. Uel cõuenit xp̃o sedere ad dexterã patris sm ꝙ deus: vel sm ꝙ hõ: Sed nec sic: nec sic: Ergo.ꝛc. Assumptuz pbatur: ꝙ nõ sm ꝙ deus: quia xp̃s sm ꝙ deus: dicit̃ dextera dei patris: Sed nõ videt̃ idem esse dextera alicuius: ꝛ ille qui sedet ad dexterã ei9. Ergo xp̃s sm ꝙ deus: nõ sedet ad dexterã patris. Qꝺ aũt etiã nõ sm ꝙ homo: pbat̃ sic. Dicit Damas. Dexterã patris dicimus gloriã ꝛ honorẽ diuinitatis: Sed honor et gloria diuinitatis nõ cõuenit xp̃o: sm ꝙ homo: Ergo videt̃: ꝙ xp̃o sm ꝙ homo: nõ cõueniat sedere ad dexterã patris. ¶ In oppositũ ẽ euangeliũ presens. Rñdeo dicendum: ꝙ xp̃o cõuenit sedere a dexteris patris: vt dicitur in simbolo. Patet cõclusio. Ad Hebre.i. dicitur de xp̃o. Sedet ad dexterã maiestatis in excelsis. Pro qua cõclusione notãduz pmo ꝙ dextera est pars nobilior corporis. Unde qui alteri ad dexterã sedet: nobilissimo modo ei coniungitur. Modus autez sm quez aliquis patri coniungitur: vel est nobilissimus simpliciter: ꝛ sic est esse equalẽ sibi: ꝛ hoc cõuenit xp̃o sz diuinaz naturã: vel est nobilissimus: quãtuz possibile est creature: ꝛ hoc ẽ cõiungi ei in vnione persone filij eius: ꝛ sic cõuenit sedere ad dexteraz xp̃o: sm humanã naturam. Signat eniz sessio firmitatẽ illius cõiũctionis: Et ita in glo. ad. Ro. viij. exponitur de xp̃o: vbi dicitur. Qui est ad dexteraz dei.s. patris.i. equalis patri: vel in potioribus bonis patris. vbi dextera patris est: vel equalitas patris: vel potioritas bonoruz patris. ¶ Ad rationes in oppositũ. ¶ Ad primã respõdetur negando pñam. Et ratio est: qꝛ ibi dextera nõ ꝓprie dicit̃: sed metaforice. Unde Damas. dicit. iiij. libro nõ localẽ dexteraz patris dicimus: sed per dexteram patris dicimus gloriaz ꝛ honorez diuinitatis. ¶ Ad secũdã respondetur: ꝙ rõ illa procedit: sm ꝙ sedere ad dexterã: intelligit̃ corporaliter. Unde August. dicit in quodã sermone de simbolo. Si carnaliter accepim9: ꝙ xp̃s sedet ad dexterã patris: ille erit ad sinistrã. Ibi aũt.i. in eterna beatitudine omnis dextera est: quia ibi nulla est miseria. Ad tertiam respondetur: ꝙ xp̃o conuenit sedere ad dexteraz patris: ꝛ sm ꝙ deus: et sm ꝙ hõ: alio ꝛ alio mõ. Pro quo notãdũ: ꝙ nomine dextere tria intelligi pñt. Uno modo sm Damas. gloria diuinitatis. Alio mõ sm August. beatitudo patris. Tertio secundum eundem iudiciaria potestas. Sedere ad dexteram patris: nihil aliud est qꝫ simul cum patre habere gloriã diuinitatis: ꝛ beatitudinẽ: ꝛ iudiciariaz potestatem. Sz hoc incõmutabiliter ꝯuenit xp̃o: sm ꝙ ds. Unde manifestũ est: ꝙ xp̃s sm ꝙ deus: sedet ad dexteraz dei patris: ita tamẽ: ꝙ hec ꝓpositio: ad: que transitiua est: solum diuisionẽ ꝑsonalẽ importet: ꝛ originis ordinẽ: non aũt gradũ nature: vel dignitatis: qui nullus est in diuinis personis. Et ita sm primã expositionẽ: que est ꝙ dextera patris dicatur equalitas eius. Christo: secũdũ ꝙ deus est: cõuenit sedere ad dexterã patris. Et ad rationẽ in oppositũ respondet̃: ꝙ nõ est incõueniens: ꝙ filius dicatur dextera: ꝛ sedere ad dexteraz: sm diuersas similitudines: qꝛ mathematice: vtrunqꝫ dicitur. Dextera.n. dicitur.s. ꝙ per ipsum pater operatur. Sz sedere ad dexteraz ratione predicta. Quod autem etiam sm ꝙ homo: xp̃o cõueniat sedere ad dexteram patris: pater sm secũdã expositionem superius dictaz: que est sedere in potioribus bonis patris. Pz ꝙ xp̃s sm ꝙ hõ sedet ad dexterã patris in bonis

paternis: potioribus p̄ceteris: in maiori beatitudine ⁊ habens iudiciariā potestatē. Ad rōnem in contrarium r̄ndetur ꝙ nō ꝓcedit qꝛ non conuenit xp̄o. ſm ꝙ homo: ſm primam expositionem: que est eē equalem patri: sed bene scđo modo: vt dictum est.

¶ Dominica infra octauas est euangeliū. In illo tp̄e dixit iesus discipulis suis. Cū venerit paraclitus ⁊c̄. Jo. xv. Circa ꝙ possunt disputari sequentes questiones.

¶ Primo: vtrum sp̄us sanctus procedat a patre ⁊ filio.

¶ Secundo: vtrum sp̄us sanctus sufficienter perhibuit testimonium de xp̄o.



D primū sic proceditᷣ. Et videtur ꝙ sp̄us sanctus nō procedit a filio sed a patre solo. ¶ Primo sic ex presenti euāgelio ꝫ Dio. Nihil est audēdum dicere de substantiali diuinitate preter ea: que diuinitus nobis ex sacris eloquijs sunt expressa. Sed in scriptura sacra non exprimitur: ꝙ spiritus sanctus procedat a filio: sed solū ꝙ ꝓcedat a patre: vt patet in euāgelio p̄n̄. Jo. xv. vbi dicitur: sp̄m veritatis: quia patre procedit. Ergo sp̄us sp̄us non ꝓcedit a filio. ¶ Secūdo sic. Dio. Pater quidē ē fontalis deitas: filius ⁊ sp̄us sanctus deigene deitatis. Et ita oportet dicere: pullulatiōes sunt diē nature: ⁊ sicut flores: ⁊ diuina luia a sanctis eloquijs accepimus: Sed pullulatio nō est a pullulatiōe: nec flos a flore. Ergo nec sp̄us scūs a filio ¶ Tertio. In legēda beati Andree dicitᷣ. Pax vobis: ⁊ vniuersis: qui credūt in vnū deū patrem: ⁊ in vnū filium eius: dn̄m nostrum iesuꝫ xp̄m: ⁊ in vnum sp̄m scūm: ꝓcedentē a patre: ⁊ in filio ꝑmanētē. Qđ autē ꝑmanet in aliquo: nō ꝓcedit ab eo: Ergo sp̄us scūs non ꝓcedit a filio. ¶ Quarto sic. Dicit Dama. Sp̄m sanctuꝫ ex patre dicimꝰ: ⁊ sp̄m patris nominamꝰ. Ex filio autē sp̄m non dicimus: sp̄m autē filij nominamus: Ergo sp̄us sanctus non ꝓcedit a filio. ¶ Quinto sic. Filius ꝓcedit vt verbū: Sed sp̄us noster in nobis nō ꝓcedit a verbo nr̄o. Ergo nec sp̄us sanctus ꝓcedit a filio. ¶ In oppositum est illud. Athanasij. Sp̄us sanctus a patre ⁊ filio nō factus: nec creatus: nec genitus: sed ꝓcedens. Secundo sic. Aia nr̄a est imago trinitatis: Sed amor in aia: que rep̄n̄tat sp̄uꝫ scūm: ꝓcedit a notitia: que representat filiū: Ergo ⁊ in diuinis sp̄us scūs ꝓcedit a filio. Tertio sic. Omnis amor ꝓcedit ab amāte: Sed sp̄us sanctus ē amor patris ⁊ filij: ſm Aug. ⁊ Dama. Et amor amborū: Ergo ꝓcedit ab vtroqꝫ. Quarto sic. Sp̄us sanctus ē tertia ꝑsona in trinitate filius secūda: pr̄ prima: Sed ternarius ꝓcedit ab vnitate mediante binario: Ergo spiritus sanctus ꝓcedit a patre mediāte filio. Respōdeo dicendū: ꝙ qꝛ tertius p̄n̄tis euāgelij dicit: qui a patre ꝓcedit: ⁊ non addit a patre ⁊ filio: dicunt greci: ꝙ sp̄us sanctus nō procedit a filio: sed solū a patre: in quo grauiter errāt. Unde ponitur cōtra eos: talis cōclusio: ꝙ supposita trinitate personarū: est necessariū confiteri sp̄m sanctum ꝓcedere a filio. Jsta cōclusio ostenditᷣ sic: qm̄ hoc remoto: ineuitabiliter remouet distinctio personalis: sp̄us sancti: a filio. Pꝫ hoc Quoniam enim diuine persone secundū nihil absolutum distinguantᷣ: qꝛ quicquid absolute in diuinis dicitur: ad vnitateꝫ essentie pertinet: opꝫ ꝙ ipsarum distinctio fit ſm relatiōes oppositas. oppositas dico: qꝛ relatiōes distinguere nō possunt personas: nisi ſm ꝙ sunt opposite. Qđ ex hoc patet: qꝛ pater hꝫ duas relatiōes: quarū vna refertur ad filiū: alia ad sp̄m santum: que tn̄: qꝛ non sunt opposite: nō constituunt duas ꝑsonas: sed ad vnam personā patris tn̄ pertinent. Si igitur in filio: ⁊ in sp̄u sancto non esset inuenire nisi duas relatiōes: quibus vterqꝫ refertur ad patrē: ille relatiōes non essent adinuicem opposite: sicut nec due relationes: qbus pater refertur ad illos. vnde

de sicut persona patris est vna: ita sequere
tur: ꝙ persona filij ⁊ sp̄us sancti esset vna:
habens duas relationes oppositas duab⁹
relationibus patris. Hoc autē est hereticū
cū tollat fidē trinitatis. Oportet igitur ꝙ
filius ⁊ sp̄us sanctus ad inuicem referantur
oppositis relationibus: non possunt in diui
nis esse alie relationes opposite: nisi rela-
tiones originis. Opposite autem relatiōes
originis accipiuntur s̄m principium: ⁊ ꝙ
est a principio. Relinquitur igitur: ꝙ ne-
cesse est dicere: vel filium esse a spiritu san
cto: quod nullus dicit: vel spiritum sanctum
esse a filio: quod nos confitemur: ⁊ ꝙ fuit
conclusio superius posita: que conclusio eti
am patet ex ratione processionis vtriusqꝫ.
Dicitur enim filius procedere p̄ modū in
tellectus: vt verbum: spiritus autem sanct⁹
per modum voluntatis vt amor. Necesse
est autem: ꝙ amor a verbo procedat. Non
enim aliquid amamus: nisi ꝙ conceptione
mentis apprehendimus. Unde hoc manu-
festum est: ꝙ spiritus sanctus procedat a fi
lio. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad pri-
mam respondetur ꝙ de deo dicere non
debemus: ꝙ in sacra scriptura nō inuenia
tur: vel per verba: vel per sensum. Licet au
tem per verba expresse non inueniatur in
sacra scriptura: ꝙ spiritus sanctus proce-
dat a filio: inuenitur tamen quantum ad sē
sum: ⁊ precipue: vt dicit filius. Jo. xv. De
spiritu sancto loquens: ille me clarificabit:
quia de meo accipiet. Regulariter etiam
in sacra scriptura tenendum est: ꝙ id quod
de patre dicitur: oportet de filio intelligi eti
am si dictio exclusiua addatur: nisi solum il
lis: in quibus pater ⁊ filius s̄m oppositas
relationes distinguuntur. Quom enim do-
minus. Math. xj. dicit: Nemo nouit filium
nisi pater: non excluditur: quin filius seipsū
cognoscat. Sic ergo cum dicitur: ꝙ spirit⁹
sanctus a patre procedit: nō excluditur in-
de filius: etiam si a solo pater adderetur:
quia quantum ad hoc quod est esse princi-
pium spiritus sancti: non opponuntur pa-
ter ⁊ filius: sed tantum ad hoc: ꝙ hic est
pater ⁊ ille filius. ¶ Ad secundam respon
detur negando consequentiam. Et ratio ē
quia rationes ille sunt simbolice: ⁊ ideo ex
eis non procedit argumentatio: sicut idem
Dio. dicit in epistola ad Titum. ꝙ simboli
ca theologia non est argumentatiua: est si-
militudo quantum ad aliud. s. ꝙ flores sūt
ab vno: tamen non est similitudo: quantum
ad omnia. ¶ Ad tertiam respondetur ne-
gando consequentiam. Et ratio est: spirit⁹
enim sanctus potest dicere quiescere in filio
tripliciter. Primo s̄m humanam naturam
s̄m illud Jsa. xj. Egredietur virga de radi
ce Jesse: ⁊ flos de radice eius ascendet: ⁊
requiescet super eum spiritus domini: quia
in eo nihil contrarium vnquā reperijt gra
tie. Alio modo intelligitur spiritus sanctus
in filio requiescere: quia virtus separatiua
a patre: datur filio: ⁊ vltra non protēditur.
Tertio s̄m ꝙ amor dicitur quiescere in a-
mato: ⁊ in quo quietatur amantis affectus
per nullum autem istorum modorum ex-
cluditur: processio spiritus sancti a filio.
¶ Ad quartam respondetur: ꝙ in hac par
te non creditur Damasceno: quia dicitur
fuisse illo tempore: quo cepit ista contro-
uersia super hac questione inter grecos ⁊
latinos: tamen non negat quin sit ex filio:
sed dicit se non credere: ꝙ sit a filio: quia
adhuc inter eos in dubio vertebatur.
¶ Ad quintam respondetur: ꝙ duplex ē
verbum. s. vocale: ⁊ verbum mentis: ⁊ du
plici verbo respōdet duplex spiritus. Uer
bo enim vocali respondet spiritus corpora
lis: ⁊ verbo mentali spiritus amoris inti-
mi. Unde dicimus: ꝙ verbum s̄m genera
tionem eternam est simile verbo mentali.
Jo. j. In principio erat verbum. Et ideo a
verbo p̄cedit spiritus sanctus: sicut a ver
bo mentali: sed filius sꝫ ꝙ carnē assumpsit:
sꝫ silitudinē v̄bi vocalis. Et sic̄ forūatio vo
cis fit p̄ aerē respiratū: ita icarnatio v̄bi fa

cta est per operationē spiritus sancti. Et ita rō nō ꝓcedit: quia verbū in diuinis nō accipitur ꝫm similitudinē verbi vocalis: a quo non ꝓcedit spūs: sed ꝫm similitudinē verbi mētalis: a quo amor procedit.

a D secūdaꝫ. q. sic proceditur. Et videtur ꝙ spiritus sanctus non sufficienter testimoniū reddiderit de xp̄o. ¶ Prio sic. Quom dicitur in Ps̄. Testimonium fidele illuminās oculos: sapientiaꝫ prestans paruulis: videtur ꝙ post sufficiēs testimoniū de aliqua re omnis est ablata dubitatio: de illa: ꝛ errores cessant: Sed post testimoniū spiritꝰ sancti de xp̄o nō cessarunt dubitationes de eo: nec errores: immo creuerunt: qm̄ multi surrexerunt errores circa passionē xp̄i: vt patꝫ Ergo videtur ꝙ testimoniū spūs sancti sactuꝫ de xp̄o: nō fuerit sufficiens. ¶ In oppositū est euangeliū p̄ns: vbi spūs sanctus vocat spūs veritaꝫ: qui vt Jo. xvi. dicitur docet omnē v̄itatē. Et Job. xiij. dicit. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiaꝫ: Ergo testimoniū spiritus sancti: quantum ē ex parte sui: fuit sufficientissimū testimoniuꝫ. R̄ndeo: dicendū ꝙ testimoniū spūs sancti fuit sufficiens apud bene dispositos: apud habētes desideriuꝫ sciēdi veritateꝫ. Notādum auteꝫ: ꝙ spūs sanctus tripliciter perhibuit testimoniū de xp̄o. Primo instruendo discipulos: ꝛ fiduciaꝫ eis prebendo ad testificanduꝫ Mat. x. Nō enim vos estis: q loquimini: ꝫ spūs sanctus: qui loquitur in vobis. Secundo sua dona cōmunicādo credētibus in xp̄m: ad Heb: c. ij. Cōtestante deo signis ꝛ ꝓdigijs ꝛ varijs spiritus sancti distributionibus. Tertio emolliendo audientiū corda. Ps̄. Emitte spiritū tuū ꝛ creabūtur: ꝛ renouabis faciem terre. Secūdo: notādūꝫ: ꝙ a multis xp̄s habuit testimonium sue diuinitatis. Primo a patre suo celesti i baptismo: ꝛ in transfiguratiōe: qn̄ ait. Hic est filius meus dilectus. ꝛc̄. Secūdo: a spiritu sancto: sicut dictū est. Tertio: testimoniuꝫ perhibuerunt opera miraculoꝝ: que nemo alius fecit. Unde Jo. vi. Opera que ego facio in nomine patris mei: testimoniū perhibent de me. Quarto: Moyses in lege. Unde Jo. vi. Si crederetis. Moysi: crederetis forsitan ꝛ mihi. De me eniꝫ ille scripsit. Deut. xviij. Propheta de gente tua: ꝛ de fratribus tuis: sicut me: suscitabit tibi dn̄s deus tuus. Quinto: scriptura ꝓphetaruꝫ totius veteris testamenti. Unde Apo. xix. Testimoniū iesu est spūs ꝓphetie. Sexto. Jo. baptista. Unde Jo. vi. Uos misistis ad Jo. ꝛ testimoniū perhibuit veritati: cuꝫ ait. Jo. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mūdi. Septimo: turba clamantium in die palmarū. Benedictus qui venit in nomine domini. Octauo: apostoli: de quibus dicitur in presenti euāgelio. Et vos testimoniū perhibebitis. quia ab initio. s. predicationis: ꝛ operatione miraculorum: mecum estis. Unde Actu. iiij. dicitur. Uirtute magna reddebant apostoli testimoniū iesu xp̄i domini nostri. ¶ Ad rationem in oppositum respondetur negando cōsequentiam. Et ratio est: quia ꝙ post testimoniuꝫ perhibituꝫ a spū sancto: ꝛ ab omnibus iaꝫ dictis: nō fuerint omnino ablati errores: ꝛ dubitationes ab hominibus: nō fuit ex insufficientia testimonij: ꝫ ex indispositione: ꝛ malitia hominum nolentiuꝫ accipere doctrinaꝫ veritatis. Unde bene dicitur i Ps̄. Testimonium domini sapientiaꝫ prestans paruulis. i. humilibus: ꝛ nō superbis: ꝛ rebellibꝰ lumini veritatis.

¶ In die penthecosten euangelium est. In illo tempore dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me: ꝫmonē: ꝛ cetera. Jo. xxiiij. Circa qd̄ possunt disputari sequentes. q.

¶ Primo: vtruꝫ spiritui sancto conueniat visibiliter mitti.

¶ Secundo: vtrum consequēter missus sit in linguis igneis.

¶ Tertio: vtrum verū sit: ꝙ spūs sanctus docuerit apostolos omnia.

a D primaꝫ sic proceditur. Et videtur ꝙ spiritui sancto nō cō-

ueniat mitti visibiliter. ¶ Primo sic. Filius enim secundum q visibiliter missus est i mundum: dicitur esse minor patre: Sed nunq̄ legitur spūs sctūs minor patre. Ergo spiritui sancto nō cōuenit visibiliter mitti. ¶ Secūdo sic. Missio visibilis est s̄m q diuina persona aliquo modo ē in aliquo: quo prius nō fuerit: Sz nulla creatura visibili pōt esse aliquo modo: quo prius nō fuerit. Est enim in oibus creaturis essentialiter: potētialiter pñtialiter: ꝛ inter hec in sanctis mētibus p gratiā: quo modo in aliquo visibili corpore esse nō pōt: Ergo videt: q missio visibilis spiritui sancto nō conueniat. ¶ Tertio sic. Si dicatur: q est in illis creaturis visibilibus alio modo: q: sicut in signū cōtra ratio nē sacramēti est: q in ipso sit deus: sicut i signo visibili. Si ergo ꝑpter hoc dicit visibiliter mitti: q: in rebus visibilibus ē: sicut in signis: tūc ille res erūt sacramēta: ꝛ in oibus sacramentis eēt missio visibilis: quod est falsum. ¶ Quarto arguitur sic. Quom ois effectus sit demonstrans suā cām: est signum illius: Sz oēs creature representant ipsum deum: tanquā cām per imaginē: vel vestigium: Ergo s̄m hoc in aliis creaturis visibilibus mitteretur visibiliter: Sz hoc est falsum: Ergo ꝛc̄. ¶ In oppositum est euangeliū pñs: vbi inquit xp̄s. Paraclitus autē spūs sanctus: quem pater mittet in nomine meo. ꝛc̄. Rñdeo dicendū: q spūi sancto cōuenit visibiliter mitti. Pz conclusio. Unde Mathei. iij. Spūs sanctus descēdit super xp̄m cum baptizaretur in specie columbe: ꝛ hod. e super apostolos in specie ignis. Pro quo notandū: q deus vt dicit Dionys. ꝑuidet oibus: s̄m vniuscuiusqz modū Est autē modus naturalis hominis: vt per visibilia ad inuisibilia manuducatur. Et tō inuisibilia dei oportuit homini per visibilia manifestari. Sicut ergo deus seipsum: ꝛ ꝑcessiones eternas personarū per creaturas visibiles: s̄m aliqua indicia: quodāmō hoibus demōstrauit. ita cōueniēs fuit vt inuisibiles missiones diuinarū personarū: s̄m aliquas visibiles creaturas manifestarentur. ¶ Ad rōnes in oppo. dicendū. ¶ Ad primaz rñdetur negando ꝯñam. Et rō est: q: filius creaturā visibilē: in qua apparuit: i vnitatē persone assumpsit: sicut q de illa creatura dicitur: de filio dei dici possit. Et sic ratiōe nature assumpte: filius dicit minor patre: Sed spūs sanctus nō assumpsit creaturā visibilē: in qua apparuit in vnitatē persone: vt q illi cōuenit: de illo predicet. Unde nō pōt dici minor patre ꝑpter creaturā visibilē. ¶ Ad secūdaz respondetur negādo ꝯñaz Et rō est: q: minor est falsa. Dicimus enim: q spūs sanctus in illa creatura visibili in qua apparet: est nouo mō. s. sicut i signo. ¶ Ad tertiaz rñdetur negando consequētiā. Et rō est: q: nō est simile de sacramētis: ꝛ de rebus: in quibus fit missio visibilis, q: sacramēta veteris legis significabāt quidem gratiā affuturā: nō pñtem: eo q in eis gratia nō ꝯferebatur. Sacramēta vero noue legis nō tm̄ sunt signa: sꝫ etiaz eē quodāmō: ꝛ ipsam gratiā nō significāt: vt iā habitā. sed vt per sacramēta inducendā. Sed ille spēs sunt tm̄ signa presentis gratie: ꝛ cause. sicut pz: q circa xp̄m ad quē visibilis missio facta est: nihil gratie inuisibilis effectū ē. Unde etiam oēs ad quos visibilis missio facta ē: gratiā hñt. Nō autē oia: quibus sacramenta cōferunt: gratiam suscipiūt: q: causalitas sacramētū impedit. Significat enim gratiaz: nō vt existentē: sed vt causandam quodammō per ipsaz. ¶ Ad quartā rñdetur negando ꝯñam. Et rō est: q: non est simile de his speciebus: ꝛ de creaturis: q: q̄uis ois creatura significet deū eē: ꝛ bonitatē illius: non tñ significat ipsum esse per gratiā in aliquo nisi ad hoc specialit' instituat: sicut ille creature visibiles ad hoc specialiter facte sunt: vt in eis pñtia spūs sancti insignetur.

AD secūdam. q. sic ꝑcedit. Et videt q nō cōuenieter spiritus sctūs missus ē super apostolos i liguis igneis. ¶ Primo sic. Quāto aliqd nobili9

est tāto nobiliores ꝓprietates h̄z. Sꝫ melio
ribus ꝓprietatibus creatura nobilius diui
nā bonitatē repn̄tat. Ergo cū missio visibi
lis sit ad manifestanduꝫ diuinas personas:
videtur: q̄ semper per creaturas nobilissi
mas fieri dꝫ: vt per stellaꝫ vel aliqd hmōi: ꝛ
nō p ignē: aut colūbā. ¶ Secūdo sic. Spiri
tui veritatis nō decet aliqua fictio: Sꝫ sp̄us
sanctus est sp̄us veritatis: vt dicit̄ Jo. xv.
Ergo nō decet q̄ per aliq̄s sp̄es: q̄bus nō
subsit: ret veritas apparere. Et ita videt̄: q̄
lingue ignis vere lingue ꝛ verus ignis fue
rit. qđ nō ē verū. q: nō cōburebat peracto
illo officio. Et idē arguitur de columba: in
qua apparuit super xp̄m: q̄ verū aial fuerit
ꝛ tn̄ nō fuit: Ergo. ꝛc. ¶ Tertio sic. Sp̄us
sctūs vnus est. Sed signū dꝫ r̄ndere signa
to. Ergo videtur: q̄ in vno tm̄ signo spirit⁹
sctūs apparere debuit. s. in specie colūbe si
cut p̄ius: ꝛ nō in linguis igneis. ¶ In op
positū est epistola p̄ntis diei. vbi dicitur de
spiritu sancto. Apparuerunt illis dispartite
lingue tanq̄ꝫ ignis: seditq3 super singulos
eoꝝ. R̄ndeo dicendū: q̄ cōuenientissime spi
ritus sctūs missus est super apostolos in lin
guis igneis. Pro quo notādū: q̄ missio vi
sibilis fit ad significādum plenitudinē gra
tie redundāns in multos: ꝓpter qđ manife
statio talis alijs etiam fit. Redūdat aūt gra
tia dupliciter. s. per instructionē: ꝛ per ope
rationē. scđm q̄ se h̄z aliquis mō ille: in quo
est gratie plenitudo efficienter ad gratiam.
Vterq3 aūt modus redundātie fuit in xp̄o
Ille eni per doctrinaꝫ suam in dei cognitio
nē adduxit: ipse etiā gratiā dedit: inquātum
deus effectiue ꝛ inquātum hō per modum
meriti. Vn̄ ad significandū redūdātiā gra
tie ipsius in nos: per modū operatiōis: fa
cta est missio visibilis ad ipsum in baptis
noui testamēti sanctis cōmune fuit resusci
tare mortuū. Ergo illa resuscitatio mortui
non fuit sufficiens ad ostendendū diuinita
teȝ xpi. ¶ Scdo sic. Uirtute diuinitatis ni
hil est maius. Sed aliqui fecerunt maiora
miracula: q̄ȝ xp̄s. Dicitur. n. Jo. iiij. Qui
credit in me opera que ego facio: ⁊ ipse fa
ciet: ⁊ maiora horum faciet. Ergo videtur
ꝙ hoc miraculum: nec alia que xp̄s fecerit
fuerunt sufficientia ad ostendendū diuinita
tem xpi. ¶ Tertio sic. Ex particulari non
sufficienter ostenditur vniuersale. Sȝ istō
miraculum fuit quoddā particulare opus.
Ergo ex illo nō sufficienter demonstrata ē
diuinitas xpi. ¶ In oppo. est euangelium:
in quo ex magnitudine miraculi: dicitur: ꝙ
accepit omnis timor. s. admirationis: ⁊ glo
rificabant deū. Item pȝ ex illo. Jo. v. Ope
ra que dedit mihi pater: vt faciam: ipsa te-
stimonium perhibent de me. ¶ Respon-
deo dicendū sub ista ꝯclusione. Miracu-
lum hoc: quod xp̄s fecit: sufficienter osten-
dit diuinitatem xpi: siue xp̄m esse deū. Ista
conclusio pȝ: q: suscitatio mortui: ſm ipsam
speciem operis: transcendit omnem pote-
stateȝ create virtutis. Et ideo non poterat
fieri: nisi virtute diuina. Secūdo pȝ ꝓpter
modum obseruatum in faciendo hoc mira
culum. q: non orando sed imperādo ꝓpria
virtute fecit. Unde dr̃ Luc. vj. ꝙ virtꝰ exi
bat de illo: ⁊ sanabat omnes. Per hoc ostē
ditur sicut: dicit Cirillus: ꝙ non accipiebat
alienam virtutē: sed cū esset naturaliter de
us: ꝓpriā virtutem super infirmos ostēde
bat. Alij autem sancti: qui fecerunt miracu
la faciebant hec implorando diuinam po-
tentiam: ⁊ clementiam: non imperando. E

si aliquando in talibus imperabat: hoc nō erat ppria virtute sed exprimendo virtutē xp̄i tanq̄ ministri et non domini. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primā rn̄detur negando consequentiā. Et rō est. q2 christus operatus est hoc miraculum: et alia: ppria virtute: quod non fecerunt alij: sed virtute diuina. Unde quisq3 alius homo aliquid eorū fecit: ipso faciente fecit. hoc aūt ipse: nō alijs facientibus fecit. vt dicit Aug. ¶ Ad scdam rn̄detur negando cōnaz. Et rō est: q2 licet xp̄s dederit apostolis ptātem miracula faciendi: et maiora q3 ipse fecerat: per se ipsum. Maximū enī inter miracula christi fuit: q3 ad tactū fimbrie eius sanabantur infirmi: vt habetur Math. ix. sed de Petro legitur. Act. v. q3 ad eius vmbrā sanabantur infirmi: Maius autem est q3 sanet vmbra: q3 fimbria: non tn̄ apostoli fecerunt miracula virtute propria: sed virtute christi. Et ideo rō non procedit. ¶ Ad tertiam respondetur ēt negando consequentiā. Et ad probationē respondetur: q3 qn̄ aliquod particulare opus propriuz est alicuius agētis: tunc per id particulare opus probatur tota virtus agentis. sicut cum rōnari sit propriuz hoīs: ostēditur aliquis esse homo: ex hoc ipso: q3 rōcinatur circa quodcūq3 particulare propositum. Et siliter cum propria virtute miracula facere sit solius dei: sufficienter ostensuz est xp̄m esse deū: ex quocūq3 miraculo: qd̄ propria virtute fecit.

¶ In dn̄ica decimaseptima est euangeliū. Cum intrasset iesus domuz et c̄. Luc. xiiij. Circa quod possunt disputari se. q.

¶ Primo: vtrum appetere prelationem sit peccatum.

¶ Scdo: vtrū ambitio sit peccatuz.



Ad primā. q. sic pcedit. Et videtur q3 appetere plationez vt ep̄atum sit licitū: et nō sit peccm̄. ¶ Primo sic. Dr̄. i. Thi. iij. Qui ep̄atuz desiderat: bonū opus desiderat. Sed licitū et laudabile est bonū opus desiderare. Ergo licitum est desiderare prelationē: siue ep̄atum. ¶ Scdo sic. Status ep̄orum est perfectior q3 status religiosoz. Sed laudabile est: q3 aliqs desiderat ad statum religiosoz trāsire Ergo ēt laudabile est: q3 aliqs appetat ad ep̄atum: vel prelationē promoueri. ¶ Tertio sic. Facta sanctoz: que in scriptura narrantur: proponuntur nobis in exemplum. Sed legitur Isaie. vj. q3 Isaias se obtulit ad officiū predicationis: qd̄ precipue conuenit prelatis. Ergo vr̄ q3 appetere prelationem: siue ep̄atum: sit laudabile. et ita non sit peccatū. ¶ In oppo. est euangelium p̄ns vbi dominus reprehendit eos: qui primos accubitus digebant. Secundo est illud q3 dicit Aug. xix. de ciuitate dei. Locus superior: sine quo populus regi nō potest: et si administretur: vt decet. tamen indecenter appetitur. ¶ Rn̄deo dicendum iuxta sanctum Thomaz: in scda scōe. q3 in episcopatu tria possunt considerari. quorum vnum ē principale et finale: sc3 episcopalis opatio: qua vtilitati proximorum intendit. fm illud Joannis vltimo. Pasce oues meas. Aliud est altitudo gradus: q3 episcopus siue prelatus super alios constituitur fm illud Mathei xxv. Fidelis seruus et prudens: quem constituit dominus super familiam suam. Tertium autez est: q3 consequenter se habz ista sc3 reuerentia: et honor: et sufficientia temporalium: fm illud. j. Thi. v. Qui bene presunt presbyteri: duplici honore digni habeantur. Qua consideratione habita: respōdetur per conclusiones. Prima est appetere episcopatum rōne huiusmodi circumstantium bonorum. sc3 reuerentie honoris et sufficientie temporalium: est illicituz. Pz q3 hoc pertinet ad cupiditatem vel ambitionem. Unde contra phariseos dominus ait Mathei. xxiij. Amant primos accubitus in cenis: et primas cathedras in synagogis. salutationen in foro. et vocari ab hominibus rabi. Secunda conclusio. quantū ad secundum sc3 ad celsitudinem gradus: appetere prelationem: siue episcopatum est

Illicitum ⁊ peccatum. Patet: q hoc est pre sumptuosum. Patet. Nullus debet appe- tere supra suas vires: non sibi proportiona tum. aliter enim esset stultus. Horatius qui nescit campestribus abstinet ab armis. Sz ad episcopatum nullus est idoneus: nisi qui sm gradum ⁊ conuenientiam omnes alios excedit in conuersatione ⁊ contemplatione ita vt in conspectu suo alij sint grex. Unde hanc idoneitatem de se presumere: maxime superbie est. Unde dominus Mathei. r. arguit discipulos: primatum querentes di- cens. Scitis quia principes gentium domi nantur eorum ⁊c. vbi Criso. dicit. Per hoc ostendit: q gentile est: primatus capere. Et sic gentium comparatione: eorum animam estuantem conuertit. Tertia conclusio. Ap petere proximis prodesse est: sm se lauda- bile: virtuosum. Uerum quia hoc prout est episcopalis actus habet annexam gra- dus celsitudinem. Est conclusio quarta. q videtur presumptuosum: q aliquis preesse appetat ad hoc q subditis prosit: nisi mani festa necessitate imminente. sicut Grego. di cit in pastorali q tunc laudabile erat episco patum querere: quando per hoc q̄sq̄z du- bium non erat ad supplicia grauiora perue nire. bene tamen absq̄z presumptiōe potest quilibet appetere talia opera facere: si eum contigerit in tali officio esse: ita q opus bo num cadat sub desiderio. non autem princi- patus dignitatis. Unde Criso. dicit super Mat. Opus quidem desiderare bonum: bonum est: primatum autem honoris concu- piscere: vanitas est. Primatus enim fugi- entem se desiderat. desiderantem se horret. ¶ Ad rōnes in oppositum. ¶ Ad primam rndetur: q Apostolus illud dixit: vt dicit Grego. in pastorali: illo opere quando ille preerat: prius ad martyrium ducebatur. Et sic nihil aderat i episcopatu: q appeti pos set nisi bonum opus. ¶ Ad secundam res pondetur negando consequentiam. Et rō est. quia non est eadem ratio de statu religiōis: ⁊ de statu episcopali propter duo. Primo quidem: q ad statum episcopalem preexigi tur vite perfectio: sed ad statum religionis nō preexigitur. Et huiusmodi dr̄e rō est: q sm Diony. perfectio ptinet actiue ad epis- copum: sicut ad perfectionem. Ad mona- chum autem passiue: sicut ad perfectū. Re quiritur autem: q sit perfect⁹ ad hoc: q pos sit alios ad perfectionem adducere. quod non preexigitur in eo: qui debet ad perfe- ctionem adduci. Est autem presumptuosum: q aliquis perfectum se reputet. non autem q aliquis ad perfectionem tendat. Secun do: q ille qui statum religionis assumit: se alijs subijcit: ad spūalia capiēda. ⁊ hoc cui libet licet. Unde Aug. xiij. de Ciui. dei. A studio cognoscende veritatis nemo prohi- betur. quod ad laudabile pertinet ocium. Sed ille qui transit ad statum episcopalem: sublimatus: ad hoc: q alijs pvideat. ⁊ hāc sublimationem nullus debet sibi assumere sm illud ad Hebre. v. Nemo assumit sibi honorem. sed qui vocatur a deo. Et Criso. dicit super Mat. Primatum ecclesie con- cupiscere non iustum est. nec vtile. Quis enim sapiens vult vltro se subijcere seruitu ti: ⁊ periculo tali: vt decet: pro omni eccle- sia. nisi forte qui non timet dei iudiciū abu tens primatu ecclesiastico seculariter: vt. s. conuertat ipsum in secularem? ¶ Ad terti am respondetur negando consequentiam. Et ratio est: quia sicut dicit Grego. in pasto ra. Ysaias qui mitti voluit ante se per altar ris calculum purgatum: vidit ne non purga tus adire q̄sq̄z sacra mysteria audeat. Qr ergo valde diff cile est purgatum se quēli bet posse cognoscere: predicationis offici- um tutius declinatur.

D secundam questionem sic p ceditur. Et videtur q ambitio non sit peccatum. ¶ Primo sic Ambitio importat cupiditatem honoris. Sz honor de se quod- dam bonū est maxime inter exteriora bona

Uñ ⁊ illi:q de honore nõ curãt vituperan
tur:ergo ambitio nõ est peccatũ:sed magis
aliquid laudabile:ƀm q̄ bonũ laudabilit ap
petitur. ¶ Scđo sic. Quilibet absq̄ vicio
potest appetere:qđ sibi debetur:Sꝫ honor
est premiũ virtutis:ꝑmo. Ethi. ⁊ octauo:er
go ambitio honoris:nõ est peccatũ. ¶ Ter
tio. Illud per quod homo ꝓuocatur ad bo
nũ:⁊ reuocatur a malo:nõ est peccatũ:Sed
per honorem hoíes ꝓuocãtur ad bona fa-
cienda:⁊ mala vitanda: sicut philosophus
dicit tertio. Ethi. Et Tulius i libro de tuscu
lanis questionibus:q̄ honor alit artes: Er-
go ambitio nõ est peccatũ. ¶ In opposi. est
euãgelium pñs in quo manifeste reprobat
ambitionẽ honoris in hominibus. ¶ Rñ
deo dicendũ. q̄ ambitio semper ẽ peccatũ.
Ista cõclusio primo pꝫ ex illo. i. Cor. xiij. Ca-
ritas nõ est ambitiosa:nõ querit q̄ sua sunt:
Nihil aũt repugnat caritati:nisi peccatum:
ergo ambitio ẽ pctm̃. Pro qua cõclusione
plenius ostendẽda notandum est iuxta san-
ctum Tho. in secũda secũde. q̄ honor impor
tat quãdã reuerentiã alicui exhibitam i te
stimoniũ excellentie eius Circa autẽ excel-
lentiã hoĩs:duo sunt attendẽda. Primo q̄-
dem:q̄ illud ƀm quod hõ excellit:nõ hꝫ hõ
a seipso:sed est quasi diuinuꝫ in eo. Et ideo
ex hoc nõ debetur principaliter sibi honor.
sed deo. Secũdo ꝯsiderandũ est:q̄ id i quo
excellit datur hoí a deo:vt ex eo aliis ꝓsit.
Tripliciter ergo appetitũ honoris contin-
git esse inordinatum. Uno modo per hoc:
q̄ aliq̄s appetit testimonium de excellentia:
quã nõ hꝫ:quod est appetere honorẽ: supra
suaꝫ ꝓportionẽ. Alio mõ per hoc:q̄ hono-
rẽ sibi cupit nõ referẽdo in deũ Tertio mo
do per hoc:q̄ appetitus eius in ipso hono
re q̄escit nõ referẽns honorẽ ad vtilitatem
alioꝝ. Ambitio aũt importat inordinatũ ap
petitũ honoris. Uñ manifestũ est q̄ ambi-
tio semper sit peccatũ. ¶ Ad rationes in op
positũ. ¶ Ad primã rñdetur negãdo ꝯñaꝫ.
Et rõ est:quia appetitus boni dꝫ regulari
ƀm rõnem:cuius regulaꝫ si trãscendat; erit
viciosus Et hoc modo viciosum est:q̄ ali-
quis appetat honorẽ nõ scđm ordineꝫ ratio
nis. Uituperãtur aũt:qui nõ curant de ho-
re ƀm q̄ oratio dictat:vt sciꝫ vitent ea:que
sunt contraria honori. ¶ Ad secũdã respõ
detur negando minorẽ. Dicimus enim:q̄
honor nõ est premiũ virtutis:quo ad ipsum
virtuosuꝫ. vt. s. hoc pro premio expetere de
beat:Sꝫ pro premio expetit beatitudineꝫ q̄
est finis virtutis. Dicitur aũt esse premium
virtutis ex parte alioꝝ:qui nõ habẽt aliqđ
maius:quod virtuoso tribuant q̄ꝫ honorẽ.
qui ex hoc ipso magnitudinem habẽt:q̄ ꝑ-
hibet testimoniũ virtuti. Unde patet:q̄ nõ
est sufficiens premium vt dicitur. iiij. Ethi.
¶ Ad terciã rñdetur negãdo ꝯsequẽtiã.
Et ratio est:quia sicut per appetitum hono
ris:q̄ñ debito modo appetitur aliqui ꝓuo
cãtur ad bonũ:⁊ reuocãtur a malo. ita etiaꝫ
si inordinate appetatur:põt esse homini oc
casio:multa mala faciẽdi:dum sciꝫ nõ curat
qualiter cũq̄ honorem consequi possit. siue
dolis siue fallaciis. Dicitur etiaꝫ:q̄ illi q̄ so
lum propter honorem vel bona faciunt:vel
mala vitant:non sunt virtuosi:vt patet per
phm̃. iij. Ethi. vbi dicit. q̄ non sunt vere for
tes:qui propter honorem fortia faciunt.
¶ In dominica decimaoctaua est euange
lium. Audientes pharisei. Mat. xxi. Cir
ca quod possunt disputari se. q.
¶ Primo:vtrum de caritate fuerint dan-
da duo precepta.
¶ Secundo:vtrum homo ex caritate de-
beat diligere proximum: plusq̄ꝫ seipsum.
¶ Tertio:vtrum christus sufficienter pro-
bauit phariseis in se habere diuinam na-
turam. d. Quomodo ergo Dauid in spi
ritu vocat eum dominum.



D primam questionem sic ꝓ
ceditur. Et videtur q̄ de ca-
ritate non fuerint dãda duo
ꝑcepta. ¶ Prio sic. Prece-
pta legis ordinant̃ ad v̄tutẽ.
Sꝫ caritas ẽ vna v̄tus:ergo de caritate nõ
fuit dandũ nisi vnũ preceptũ. ¶ Scđo sic.

Dicit. Aug. in primo de doctrina xpiana: Caritas in pximo nõ diligit nisi deũ. Sed ad diligẽdum deum sufficeret ordinatio p hoc pceptum diliges dñm deum. Ergo nõ oportuit dari aliud pceptum de dilectione proximi. ¶ Tertio sic. Apostolus dicit ad Romanos xiij. Qui diligit pximũ: legez impleuit. Sed nõ impletur lex nisi p obseruantiã oium pceptoꝝ. Ergo oia pcepta includuntur in dilectione pximi. Sufficit ergo hoc vnũ pceptũ de dilectiõe pximi. Nõ ergo debuerunt dari duo pcepta caritatis ¶ In opp. ẽ xps in euãgelio pñti: qui duo pcepta ponit caritatis. ¶ Rñdeo dicẽduz sub aliqbus ɔclusiõibus Prima ẽ: q duo pcepta caritatis posita a xpo in euangelio pñti: sunt sufficiẽtia. Ista ɔclusio probatur sic. Precepta in lege se habẽt sicut ppositiões in sciẽtijs speculatiuis: in qbus ɔclusiones virtute ɔtinentur in primis principijs. Unde q perfecte cognosceret pricipia sm suã totam virtutem. nõ opus haberet: vt ei ɔclusiões seorsum pponerẽtur. Sed q: nõ oẽs q cognoscunt pricipia sufficiunt ɔsiderare qcqd in pricipijs virtute ɔtinetur. necesse ẽ pper eos. vt in sciẽtijs ex pricipijs ɔclusione deducantur. In opalibus autez in qbus pcepta legis nos dirigunt: finis hz rõem pricipij. dilectio autem dei: finis ẽ ad quẽ dilectio pximi ordinatur. Et iõ nõ solum opz dare pceptum de dilectione dei: sed ẽt de dilectiõe pximi: pper minus capaces: q nõ d facili ɔsiderarẽt vnũ hoꝝ pceptoꝝ sub alio ɔtineri. Scda ɔclusio ĩter ista duo pcepta. Primum dignitate ꝛ maximum ẽ pceptum de dilectiõe dei. Patet ista ɔclusio: ex illo verbo xpi dicentis: hoc ẽ primum ꝛ maximum mãdatum ĩ lege: maximum capacitate. Illud. n. est in quo oia ɔtinentur: q in isto: dilectio pximi ɔcipitur: sm qd in Jo. dr. Qui diligit deum: diligit ꝛ pximum. Et ideo maximũ Item est primum origine. Tertia ɔclusio: q in his duobus mãdatis vniuersa lex pẽdet ꝛ pphete. i. tota doctrina legis: ꝛ prophetaꝝ dependet ab his: Ista ɔclusio pbatur ex verbo xpi. Secundo rõne ɔñditur sic. Finis. n. in appetibilibus se habet sicut pricipium in speculatiuis. Procedit. n. sciẽtia ex pricipijs. ad ɔclusiones. ꝛ sicut tota scientia ex pricipijs iudicatur: sic in omnibus operatiõibus totum dependet a fine. Quia ergo dilectio ẽ finis. finis pcepti est caritas: vt dicit Aug. ideo ab istis depẽdent oia alia. Et hec est expositio August. Origenes sic exponit. In his. i. in obseruantia istoꝝ: pendet intellectus legis: ꝛ pphetaꝝ. q qui hec obseruat: meret intelligentiam legis ꝛ pphetaꝝ. Eccle. ij. Qui timetis dñm: diligite illũ: ꝛ illuminabũtur corda vestra. Ps. A mãdatis eius itellexi. ¶ Nũc ad rões in oppo. ¶ Ad primã rñdetur negando ɔñam. Et rõ est. q: licet charitas sit vna virtus: quẽ habet tñ duos actus. quorũ vnus ordinatur ad aliũ: sicut ad finẽ: precepta aũt dantur de actibus virtutum: ꝛ iõ oportuit plura eẽ pcepta caritatis. ¶ Ad secũdam rñdetur negando ɔñam. Et ratio est q: lz deus diligatur in pximo: sicut finis in eo: qd ẽ ad finẽ: tñ oportuit de vtroqz explicite dari precepta: rõne iam dcã. ¶ Ad tertiam rñdetur eodem modo.

D scdam. q. sic pcedit. Et videtur q hõ ex caritate debeat plus diligere pximum qz seipsum.

¶ Primo sic. Principale obiectũ caritatis est deus. Sed qñqz hõ habz pximũ magis deo ɔiunctũ qz sit ipse. Ergo magis dz aliqs talẽ diligere: qz seipm. ¶ Scdo sic. Detrimẽtũ illius magis vitamus: quẽ magis diligimus. Sed hõ ex caritate sustinet detrimẽtũ p pximo. sm illd Prouer. xij. Qui negligit dãnum propter amicũ: iustus est. Ergo hõ ex caritate magis aliũ diligere: qz seipz dz. ¶ Tertio sic. Consolamãdo id quod magis quis diligit in seipso: est viuere. Sed caritas facit ponere vitam corporalẽ pro fratribus. Ergo caritas facit magis diligere pximũ: qz seipsum. ¶ In oppo. est euãgelium presens.

vbi dicitur diliges ꝓximū sicut teipsuz. Ex
quo videtur: q dilectio hoīs ad seipsum: e
sicut exemplar dilectiōis: que habet ad al
terū. Sed exemplar potius est q̄ exēplatū.
Ergo ex charitate magis debet hō diligē
re se: q̄ ꝓximū. ¶ Rn̄deo dicenduz q in
hoīe duo sunt: sc; natura spūalis: ꝛ natura
corporalis. Plus hō debet se diligere: quā
tum ad naturā spūalem: siue interiorem: q̄
q̄ztum ad naturā corporalē: siue exteriorez.
Et ideo ea que sunt bona nature spūali siue
iterior: plus dz optare: q̄ ea que sunt bo
na sibi ſm naturā exteriorē. Isto ꝓmisso sit
ista ꝯclusio. Homo ſm naturā spūalem ma
gis dz post deum diligere seipsum: q̄ quē
cūq̄ aliū. Ista ꝯclusio pz ex ipsa rōne dili
gendi. Nā deus diligitur vt principiū bo
ni. super quo fundatur dilectio charitatis.
Hō aūt se diligit ex charitate: ſm rōnem
qua est particeps ꝑdicti boni: Proximus
aūt diligitur ſz rōnez societatis. In isto bo
no ꝯsociatio aūt est rō dilectionis: ſm quā
dam vniōnē in ordine ad deū. Unde sicut
vnitas potior est q̄ vnio. ita q hō partici
pet bonū diuinum: est potior rō diligendi:
q̄ q alius associet sibi in hac ꝑticipatione
Et ideo ex charitate debet magis seipsum
diligere: q̄ ꝓximū. Et huiꝰ signum est: q
hō non debz subire aliquod malū peccati:
quod ꝯtrariatur participationi btītudinis:
vt proximū liberet a pcō. Secunda condu
sio est: q homo ex charitate magis dz dili
gere ꝓximum: q̄ seipsuz: ſm naturā corpo
ralē. Patet ꝯclusio: q illud est magis dili
gendū qd̄ habet pleniorē rōnem diligibilis
ex charitate vt dictū est. Consociatio autez
in plena participatione btītudinis: que est
rō diligendi ꝓximum: est maior rō diligen
di: q̄ participatio btītudinis per redundā
tiam: que est rō diligendi propriū corpus: siue
naturā corporalē. Et ideo ꝓximuz quā
tum ad salutē anime plus debemus dilige
re q̄ propriū corpus. ¶ Ad rōnes in op
po. ¶ Ad primā respondetur negando cō
sequentiā. Et rō est: q dilectio charitatis

non soluz habet quantitatē ex parte obiecti
quod est deus: sed et ex parte diligentis: q
est ipse hō charitatez habens. Sicut ꝛ qn̄
titas cuiuslibet actiōis dependet quodam
modo ex ipso subiecto: ꝛ ideo licet ꝓximꝰ
melior sit deo propinquior: q tamen nō est
ita propinquus charitatē habēti: sicut ipse
sibi: non sequitur: q magis debeat aliquis
proximū q̄ seipsuz diligere. ¶ Ad scd̄am
rn̄det negando consequentiā. Et rō est: q
hō debet detrimenta corporalia pati: ꝛ susti
nere ꝑpter amicuz. ꝛ hoc ipso magis seips
diligit ſm spūalem mentē: q hoc pertinet
ad perfectionē virtutis: que est bonū men
tis. Sed in spūalibus non debet hō pati
detrimentū peccando: vt proximū liberet
a pcō: sicut dictū est. ¶ Ad tertiā rn̄detur
neg ndo ꝯsequentiam. Et rō est: q tradere
se morti propter amicuz est perfectissimus
actus virtutis. Unde hunc actū magis ap
petit virtuosus: q̄ vitam propriā corpora
lem. Unde q aliquis vitā propriā corpora
lem ꝑpter amicū ponat: nō cōtingit ex hoc
q aliquis plus amicū: q̄ seipsuz diligat: sz
q in se plus diligit bonum virtutis: q̄ bo
num corporale.



D tertiā. q. sic ꝑcedit. Et vi
detur q xp̄s nō sufficienter ꝓ
bauit phariseis in se habere
diuinā naturam ex illo: quo
modo ergo Dauid i spū vo
cat eū dn̄m ¶ Primo sic: q vt dr̄ Isa. liij.
generationē eius quis enarrabit? Si ergo
generatio eterna est ineffabilis: de illa nō
pōt intelligi textus ille. Ergo ex illo nō po
tuit capi sufficiens argumentū. ¶ Secun
do sic: Textus ille non videtur posse intelli
gi de xp̄o: q dr̄ sede a dextris meis. quia
dextera et sinistra sunt dr̄e positionū cor
poralium. Sed nihil corporale ꝯuenit deo: q
deus spūs ē. Jo. iiij. Ergo sedere a dextris
nō ꝯuenit filio dei. ¶ Tertio idē arguitur
ex illo: qd̄ sequit: donec ponam inimicos ꝛc
cetera. Ex quo videtur: q postq̄ posuerit
inimicos: q vltra nō sedebit e dextris dei.

¶ In oppo. est euãgeliũ: vbi dr̃: q nemo poterat ei rñdere verbũ. ¶ Rñdeo dicendum: xp̃s sufficienter ꝓbauit in se naturam diuinã esse ex illo loco. Pro cuius euidentia considerandum: q licet pharisei legis periti cognouerunt iesũ esse verũ christũ: et per consequens deũ et hoiem: q tamen conceperunt contra eum odium: et rancorem. hec vera estimatio corrupta est in eis: aliquo modo. Et ideo inceperunt eum negare: et persequi: tanq̃ blasfemum: q dicebat se esse dei filiũ. Et per consequens incipiebat corrũpere scripturas. et dampnare: que loquebantur de eius diuinitate. Propter quod dñs fecit eis illã qõnem de xp̃o Cuius filius est: Dicunt ei Dauid. Soloz diuinitaté negando. Sed xp̃s ari illos arguendo in contrariũ: quõ Dauid in spũ. i. in spũ sancto inspiratus: vocat eum dñm dicens: Dixit dñs dño meo et c. Hõ eni scriptura intelligatur de xp̃o pz: q ipsi pharisei nõ degauerunt hec: sed concesserunt: sede a dextris meis. Sedere a dextris vno modo accipitur pro equalitate: sicut supra circa ascensioné dictum est. Et sic xp̃s: sz q deus: sedet ad dexteram. Alio modo é: esse in potioribus bonis. Et hoc modo cõuenit xp̃o: sm humanitaté: q vt sic in gloria pest angelis. donec ponã inimicos tuos et c. istõ cõplebitur in iudicio qñ oia perfecte subijcientur hoi xp̃o: Si ergo Dauid vocat eũ dñm: quõ est filius. quasi dicat cũ sm naturã humanã: sit filius Dauid: per cõsequẽs eo inferiorẽ: opz ponere in eo aliaz naturam per quã sit dominus eius: et eo superior. Hoc aũt esse non potest: nisi sit diuina. Et sic in christo sunt due nature scz diuina: et humana. Et q sufficienter ꝓbauit hoc sequitur: nemo poterat respondere: q nõ poterant scripturã negare. nec ausus fuit qsq̃ ex illa die amplius interrogare. ¶ Considerandum tamen: q vt dicit magister Nicolaus de lyra: q iudei moderni diuinitatem xp̃i negantes: dicunt predictã auctoritaté esse ad lrãm de Abraaz: et Eliazar dispensator domus Abrahe: fecit hũc psalmum: agens deo gratias de victoria: quã habuit Abraaz de quinq̃ regibus: vt patz Gene. xiiij. post quã victoriã apparuit dñs Abrahã dicens. Noli timere Abraaz. Ego ꝓtector tuus sum: et merces tua magna nimis. Dicunt ergo q Eliazar loquitur sic: dixit dñs i. deus celi: qui est dñs omniũ: dixit domino meo. Abraaz sede a dextris et c. q confortauit euz: vt visum est: ꝓmittendo ei adiutoriũ et premiũ. Sed ista expositio patz esse falsa ex multis. Primo per titulũ. Ps̃. vbi ponitur. Ps̃. Dauid. et in hebreo. q non ponitur in psalmis factis ab alijs. Scdo per illud quod scribitur in Ps̃. eodé. Ex vtero ante luciferũ genui te. Quod non põt dici de Abraam: q sit genitus ex vtero dei: vel sobstãtia. et ante luciferũ. i. ante mũdi creationé. sed solum põt verificari de filio dei. Et iterũ in fine psalmi dr̃. Tu es sacerdos et c. Quod non põt verificari de Abraam qui nõ fuit sacerdos. Et dato q fuisset: tñ sacerdotiũ eius nõ potuisset esse eternum: sed solũ sacerdotiuz xp̃i est eternũ. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad primã rñdetur negãdo ꝯsequentiaz. q licet generatio eterna sit ineffabilis hoibus: non tamé deo: qui õ ea loquuntur in sacra scriptura. ¶ Ad scdam rñdetur negando ꝯñam. Et rõ est: q per dexterã non intelligitur aliqua sedes localis: sed equalitas glorie et honoris: sicut dictum est: in qua est equalis christus patri: sm q deus. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est: quia li. donec: aliquando importat tempus determinatum: aliquando infinitum. Hic vero importat infinituz.

¶ In dñica decimanona é euãgeliũ. Ascẽdens iesus in nauiculã Mat. ix. Circa qõ possunt disputari se. q.

¶ Primo: vtrum xp̃s sm q homo habuit ꝑtãtez dimittendi peccata.

¶ Scdo: vtrum a christo fuerit aliqua potestas collata ministris ecclesie. ad expulsionem vel remissionez peccati.

¶ Tertio: utrum eque facile sit paraliticum curare: et peccata dimittere.



D primam. q. sic proceditur. Et videtur quod xpus secundum quod homo: habuit potestatem dimittendi peccata. ¶ Primo sic ex presenti euangelio ubi dicitur. ut autem sciatis quod filius hominis habet potestatem dimittendi peccata dixit paralitico. Surge et ambula. Sed non oportebat ostendere signum ad probandum: quod deus haberet potestatem dimittendi peccata: quia hoc iudei confitebantur. Ergo etiam secundum quod homo habuit potestatem dimittendi peccata. ¶ Secundo sic. Christus secundum homo: est redemptor noster. Sed non potest aliquis liberari a seruitute peccati nisi sibi peccatum dimissum est. Ergo xpus secundum quod homo habuit potestatem dimittendi peccata ¶ Tertio sic. super illud Jo. v. Sicut pater suscitat mortuos etc. dicit Augu. Judicat et suscitat corpora: non pater: sed filius secundum humanitatis dispensationem: qua minor est patre. Sed suscitatio corporum arrestatur suscitationi animarum: que fit per remissionem peccati. Ergo xpus secundum quod homo: potuit dimittere peccata. ¶ In oppo. sic. Illud quod est solius dei: non conuenit xpo: secundum quod homo. Sed dimittere peccata est huiusmodi secundum illud Ysa. xliij. Ego sum: qui deleo iniquitates tuas: propter me. Ergo non conuenit xpo secundum quod homo. ¶ Secundo sic. Nulli remittitur peccatum: nisi per spiritum sanctum. Sed xpus secundum quod homo: non poterat dare spiritum sanctum. Ergo non poterat remittere peccata secundum quod homo. ¶ Respondeo dicendum iuxta sanctum Tho. quod triplex est potestas absoluendi a peccato. Una est potestas auctoritatis. Et hec solius est dei: qui propria virtute peccata dimittit: quasi principalis causa remissionis peccati. Unde de tali potestate sit ista conclusio. Christus remittere peccata non potuit secundum quod homo. Patet conclusio sic. Ille solus potest peccata dimittere propria potestate: qui potest animas viuificare. Sed solius dei est animas viuificare. ut dicit Aug. super Jo. Ergo etc. Alia potestas est ministerij. Et de tali est secunda conclusio. quod talis potestas conuenit his qui sacramenta ministrant: vel dispensant. In quibus diuina virtus secretius operatur salutem. Tertia potestas est media: que dicitur potestas excellentie. Et de ista est tertia conclusio. quod hanc xpus pre alijs habuit. Attenditur autem hec potestas: quantum ad tria. Primo quantum ad hoc: quod ex merito passionis eius baptismus efficaciam habet. non autem ex merito alicuius baptizantium. Secundo quantum ad hoc: quod xpus sine sacramento sacramentorum effectum conferre poterat: quasi dominus et institutor sacramentorum: quod de alijs non dicitur etc. Tertio quantum ad hoc: quod ad inuocationem nominis eius: dabatur remissio peccatorum in baptismo: in prima ecclesia. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia filius habebat potestatem auctoritatis dimittendi peccata: non secundum quod homo: sed secundum quod deus. Et ideo per miraculum ostensum hoc probatur: quod ille homo esset deus: cui natura obediebat quasi proprio creatori. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia redemptor uno modo dicitur propter usum potestatis auctoritatiue in absoluendo a peccato: et sic xpus secundum quod deus redemptor est. Alio modo dicitur propter officium humilitatis. et sic competit xpo esse redemptorem: secundum quod homo: in quantum per humilitatem passionis: nobis remissionem meruit peccatorum et hoc pertinet ad potestatem excellentie. ut dictum est. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam: de potestate auctoritatiua. Dicimus enim: quod potestas quam xpus habuit suscitandi corpora: non fuit potestas tantum ministerij. sicut etiam Petrus mortuos suscitare. Nec est iterum potestas auctoritatis: quia hoc solius dei est: sed est potestas cuiusdam excellentie: que ei competit ex unione ad deum: ut scilicet imperio non prece mortuos suscitare. et simul habuit potestatem excellentie in remittendo peccata.

D secundam. q. sic proceditur. Et videtur: quod a xpo fuerit aliqua potestas collata ministris ad expulsionem siue remissionem peccatorum.

¶ Primo data est ministris aliqua potestas spūalis: sed ad emundationē corporalē non requiritur aliqua potestas spūalis: sed sufficit corporalis: Ergo ministris collata ē aliqua potestas spūalis ad emundationē interiorem. ¶ Scđo sic. Scđm Diony. vi. cele. Ierarchie. ad ministros ecclesie ptinet purgare illuminare τ perficere. Sꝫ purgatio i ecclesia fit a sordib⁹ mētis: Ergo ministris ē data potestas cooperandi ad interiorē emūdationē. ¶ Tertio sic. Plus est expellere demonē: q̄ꝫ seminatū p ipsum. s. peccatū. Sꝫ deus dedit hoibus ptātem: demones expellēdi: vt patꝫ. Luce. x. Ergo multo fortius potuit dare potestatē expellēdi peccatū. ¶ In opposi. arguitur sic: Maius ē iustificare impiū. q̄ꝫ creare celū τ terrā. Sꝫ in creatione celi τ terre nihil deo cooperatur: Ergo nec in iustificatiōe impij. ¶ Rñdeo dicendū sub certis cōclusionibus iuxta triplicem ptātem determinatā in superiori questione. Prima ptās auctoritatis expellēdi peccati siue emūdādi aias a peccatis nō pōt creature alicui cōicari. Ista cōclusio pꝫ sic. Quicqd enim cōicatum alicui: traheret ipsum extra terminos speciei: nō pōt cōicari ei. sicut equo nō potest cōicari: q̄ habeat rōnem: q̄ꝫuis hoc cōicatū sit homini. q̄ aūt cōicatum alicui traheret ipsum extra terminos creature nō potest alicui creature cōicari. Ptās autēꝫ auctoritatis ē huiusmodi: q: nō pōt esse: q̄ creatura sit pncipale agēs respectu nobilissimi effectus: quo vltimi fini cōiungitur anima rōnalis: cuius ē gratia per quā fit remissio peccatorū. Secūda cōclusio. Potestas ministerij cooperationis ad emūdationem interiorem: collata ē ministris: nō sicut causans: sed sicut disponēs ad eam. Ipsi enim sacramēta cōferunt. que ad gratiam disponūt: per quā fit remissio peccatoꝝ. Jo. xx. Dicitur discipulis. Quoꝝ remiseritis peccata remittuntur eis. Nec hoc dicitur: quātū ad manifestationem tm̄: sicut aliq voluīt dicere: q: sic sacerdos noui testamēti. Ergo opꝫ intelligere: q̄ aliquo modo cooperentur ad emūdationem culpe instrumētaliter τ dispositiue sicut dictū ē. ¶ Tertia cōclusio. Potestatē excellentie deus hoi puro cōferre potuit. τ ita ministris ecclesie. Potuit enim tante gratie plenitudinem cōferre: vt eoꝝ meritum cooparet ad sacramētoꝝ effectus: vt ad inuocationem nominū ipsoꝝ sanctificarent sacramēta: sꝫ tamen nō fuit decens: vt conferrent: ne spē in homine ponerēt: τ vt ecclesie verū caput esse ostēderetur. a quo oia mēbra spiritualē sensum τ motum reciperēt. quod est christus. ¶ Ad rationēs in oppo. ¶ Ad primā rñdetur: q̄ potestas spūalis que ministris ecclesie cōceditur: ad aliquid interius se extēdit sicut virtus sacramētalis: sꝫ nō ad collationē gratie: per quā est remissio peccatoꝝ. directe τ principaliter pertingēdo seu disponēdo sicut dictū ē. ¶ Ad scđaꝫ rñdetur: q̄ purgatio de qua Dionysius loqtur: est a tenebris ignorātie: sicut ipsemet dicit. Vñ magis pertinet ad intellectum q̄ꝫ ad effectum. ¶ Ad tertiā rñdetur negādo assumptum. Et rō est: q: potestas data hoibus expellēdi demones: ē quātū ad effectū nocumēti corporalis: queꝫ in veratis faciūt. nō quātū ad effectum nocumēti spūalis: qđ est peccatuꝫ: q: hoc solius dei est peccatum expellere: a seruitute demonis liberare. Jo. viij. Si fili⁹ vos liberauerit vere liberi eritis.



D tertiā. q. sic pcedit. Et videtur q̄ nō eque facile sit curare paraliticū: τ peccata dimittere. ¶ Primo sic. Virtute nature per artem medicine potest paraliticus quādoqꝫ curari. Sed dimittere peccata superexcedit in tm̄ oēm virtutem creataꝫ: τ humanā: τ angelicaꝫ: vt sit solī⁹ dei hoc facere: sicut patet. Isa. xlvi. Ego sum qui deleo iniquitates τ peccata: Ergo τc. ¶ Secundo sic. Quanto anima est nobilior corpore: tanto peccatum dimittere maius est: quā corpus sanare. ¶ Tertio sic. Maius est iustificare impiuꝫ. q̄ꝫ creare celum τ terram: Ergo magis est dimittere

peccata: q̄z sanare paraliticū. cum iustificatio sit impij peccatorum remissio. ¶ In opposi. videtur esse presens euāgeliū. ¶ Rñdeo dicendū. q̄ ista comparatio potest fieri respectu operantis: ⁊ sic ambo sunt eque facilia. Uel respectu operantis: ⁊ sic dimittere peccata est difficilius: quia vt dicit Aug. magis est de impio facere pium: q̄z celū ⁊ terram creare: quia deus habet ibi resistentiam. scz voluntatem prauam. In creatione autem nihil resistens habuit. Uel potest fieri comparatio respectu nostre cognitionis. Et sic facilius est dicere remittūtur peccata q̄z dicere paralitico surge ⁊c. quia illud nō videmus: istud autem vidētes admiramur. Criso. Quāto anima potior est corpore: tāto curatio anime plus est: q̄z corporis. quia illud occultum est: addit quod manifestū ē. Uel potest intelligi respectu locutionis. Ac si dicat. Eque facile est dicere: dimittūtur tibi peccata tua: ⁊ dicere surge ⁊ ambula. Si ergo videretis q̄ ad meum dicere surge et ambula sequitur curatio corporis. credatis q̄z ad meum dicere: remittuntur tibi peccata tua: sequitur curatio mentis. ¶ Ad rōes in oppositum. ¶ Ad primā rñdetur: q̄ licz paralisis virtute nature aliquādo possit curari: non tamen subito. Nec ita perfecte: q̄ statim homo possit lectum in quo iacet portare sicut dicitur hic. Unde per imperiū tāq̄z propria virtute sanare paraliticum eiusdem potestatis est: sicut dimittere peccata. Propter quod dicit. quid est facilius dicere ⁊c. Quasi diceret: Equalis sunt potestatis. vtrūqz: ex quo conclusit virtute sue diuinitatis perfectam. dicens vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata vt deus: nō vt homo purus. tunc ait paralitico surge ⁊c. Unde verbo imperatiuo curauit quod est proprium dei. Ps. Dixit: ⁊ facta sunt. Tria habebat infirmus. iacebat in lecto: portabatur ab alijs: ⁊ ire non poterat. Quia ergo iacebat: dixit surge. quia in lecto portabatur: dixit. tolle lectum tuū. quia ire nō poterat: dixit: ⁊ ambula. Dei enim perfecta sunt opera. Deutro. xxxij. Sicut autem per literam habentem sigillū declaratur voluntas ipsius scribentis. sic per signum quod est virtutis diuine manifestissimū: ostenditur veritas diuine virtutis. Alij autē sancti qui fecerunt miracula faciūt hoc implorando diuinā potentiam et clementiā: ⁊ non imperando. Et si aliquādo in talibus imperabant: hoc nō erat virtute propria: sed exprimendo virtutem christi: tanq̄z ministri nō domini. sicut aliquādo imperabant demonibus: vt recederent ab obsessis corporibus in nomine christi ⁊ auctoritate eius. ¶ Ad secūdam dicitur: q̄ licet sanare animas sit maius q̄z sanare corpus. tamē vnius ⁊ eiusdem potestatis sunt. ¶ Ad tertiā patet responsio ex dictis.

¶ In dominica. xx. est euangelium. Dicebat Jesus turbis iudeorum ⁊c. Mathei. xxij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones.

¶ Primo: vtrū pater celestis fecit nuptias filio quādo nature humane coniunxit.

¶ Secundo: vtrum caritas sit vestis nuptialis.

¶ Tertio: vtrum non habens vestem nuptialem. s. caritatem. finaliter proiciatur in tenebras exteriores: vbi erit fletus ⁊ stridor dentium.



Ad primā sic proceditur. Et videtur q̄ pater nō fecit nuptias filio suo: quando humane nature coniunxit. ¶ Primo sic. Matrimonium est viri ⁊ mulieris coniunctio: indiuiduā vite consuetudinem retinēs. xxvij. q. paragra. primo. extra de presump. illud: ⁊ ibidem de nuptijs paragra. secūdo: Sed coniunctio filij cum humana natura non est cōiunctio viri ⁊ mulieris. Ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. Cōsensus facit matrimonium vt. xxvij. q. ij. c. matrimonium. Sz in coniunctione ista filij dei cum natura nullus videtur precessisse consensus. Ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. In matrimonio sunt due persone distincte: scilicet maritus ⁊ vxor. Sed

ni ista coniũctione non distincte persone:sꝫ vnio humane nature facta est in persona filij dei. Ergo non potest dici matrimonium sine nuptie. ¶ In oppositum est euangeliũ presens. ¶ Respondeo dicendum ꝙ tres nuptie dicuntur spirituales filij dei. scilicet in natura in spiritu. in gloria In natura. qñ sibi nostram naturam vniuit. In spiritu qñ spiritum hominis sibi coniunxit. In gloria quando hominem totum luce sue diuinitatis impleuit. Prime facte sunt in vtero virginis. Secunde in cõscientie thalamo. Tertie in faciei dei secreto. De primis dicitur in psal. no. In sole posuit tabernaculum suũ. De secundis. Osee. Quinto. Sponsabo te mihi in fide in sempiternum. De tertijs. Apocalip. xix. Venerunt nuptie agni. ꝛc̃. De primis hic dicitur. Simile est regnum ho mini regi:q fecit nuptias filio suo. Per istas nuptias intelligitur verbi incarnatio: Tunc enim deus: vt ait Gregorius. Pater fecit nuptias filio suo: quãdo naturam humanam copulauit diuine in vno supposito. Que quidẽ nuptie celebrate sunt in vtero virginali de quo christus exiuit: tanquã spõsus procedẽs de thalamo suo. Ad quas nuptias inuitauit omnes fideles: ad quos inuitandos misit seruos suos primo scilicet prophetas: qui populum exhortarentur: expectare christi aduentum: ꝛ tendere in ipsum per fidem: ꝛ opera bona: ꝛ nolebant venire. q: nolebant verbis prophetarũ obedire. Vñ Jere. xxv. Misit dominus ad vos suos suos prophetas. Et sequitur infra. Et non audistis. Inclinastis aures vestras: vt audiretis: cum dicerent reuertimini reuertimini vnusquisqꝫ a via sua mala. Item misit alios seruos: qui de propinquo annũciarunt aduentum christi. vt Joannes baptista ꝛ discipuli christi missi ab eo in omnem ciuitatem: ꝛ locum quo ipse erat venturus: vt habetur Luce. x. In quibus nuptijs prandium paratum erat. Illud prandium erat spiritualis refectio anime. Vnde ait. Prandiũ meũ parauit: videlicet sacramenta ecclesie: ꝛ doctrinam: quibus reficitur anima ꝛ potissime sacramentum eucharistie. i quo datur nobis caro christi in cibũ: ꝛ sanguis eius in potum. Admirabile certe conuiuiũ in quo christus sumitur: mẽs impletur gratia: ꝛ future glorie nobis pignus daẽ. Thauri ꝛ altilia occisa sunt. Thauri sunt precepta moralia: ꝛ altilia sunt consilia superaddita. Merito ergo dicitur fecisse pater nuptias filio suo. ¶ Ad ratiões in oppositũ. ¶ Ad primaꝫ respondetur: ꝙ illa est diffinitio matrimonij carnalis. hoc autem matrimoniũ est spirituale. Et sufficit: ꝙ hic sit vnio inseparabilis inter filium dei: ꝛ naturaꝫ assumptam in vnitate persone: ꝛ ita est quedam indiuiduitas vite in persona. ¶ Ad secundaꝫ respondetur negando: ꝙ non interuenit cõsensus. immo interuenit: quoniam annũciãte angelo beate virgini propositum patris celestis de nuptijs huiusmodi faciendis filio suo: beatissima consensit loco totius humane nature. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Ratio enim haberet locum in matrimonio carnali. In spirituali autem non sequitur. quia in hoc matrimonio ꝛ si due nature distincte coniungantur: tamen in vna persona vniuntur. Et ita non potest esse dualitas personarum: q: natura humana assumpta est ad personalitatem diuinam.



D secundam questionem sic proceditur. Et videtur ꝙ nõ: ¶ Primo sic. Caritas non est excellentissima virtutum. Ergo non est nominanda tã ꝙꝫ omniuꝫ dignissima vestis nuptialis. Cõsequentia patet. Assumptum probatur sic. Altioris potentie altior est virtus: sicut ꝛ altior operatio. Sed intellectus est altior voluntate: ꝛ dirigit ipsam: Ergo fides que est in itellectu: excellentior est caritate: que est in volũtate. ¶ Scdo sic. Id qđ aliqđ opaẽ videẽ eo eẽ inferius: sicut minister: per quẽ

dominus operatur: est inferior dño. Sed fides per dilectionem operatur: vt dicit Gala. quinto. Ergo fides excellentior est caritate. ¶ Tertio sic. Id quod se habet ex additione ad aliud: videtur esse perfectius. Sed spes videtur se habere ex additione ad caritatem. Nã caritatis obiectum est bonum: spei aũt obiectuꝫ ẽ bonũ arduũ: Ergo spes est excellentior caritate. ¶ In oppo. est euãgeliũ: vbi caritas vocatur vestis nuptialis vt dicit Grego. Secũdo est illud. i. Cor. xiij. vbi enumeratis virtutibus theol. dicit apostolus: maior hoꝝ est caritas. ¶ Rñdeo dicendũ: q caritas merito dicitur vestis nuptialis. Tũ qꝛ ipsa ẽ q̃ diuidit inter filios regni: ⁊ perditionis: vt dicit Augu. Tum qꝛ sm̃ Gre: ipsa est: qua xp̃s indutus venit ad nuptias: qm̃ ex caritate incarnari voluit. Hiere. xxxi. In caritate perpetua dilexi te. ideo attraxi te miserans. Tũ tertio caritas dicitur vestis nuptialis: quia vniuersa delicta operit caritas. Tum quarto quia ornat omnia opa. Sine caritate enim opera nr̃a nõ placent deo. i. Cor. xiij. Si distribuero in cibos pauperũ oẽs facultates meas: caritatẽ aũt nõ habeam: nihil mihi prodest. Tum quinto dicit vestis nuptialis: qꝛ matrimõia sunt ꝓpter amicitiã reformãdã. In matrimonio aũt filij dei: cuꝫ natura humana amicitia iter nos ⁊ deũ est reformata. ad Ephe. i. Ipse est pax nostra q fecit vtraqꝫ vnũ ⁊c. Tum sexto dicitur caritas vestis nuptialis: qm̃ est excellẽtissima virtutũ. Quod sic patet. Quom bonũ in humanis actibus attẽdatur: sm̃ q regulatur debita regula: necesse est: q virtus humana: que est principiuꝫ bonoꝝ actuũ: cõsistat in attingendo humanoꝝ actuum regulaꝫ. Est aũt duplex regula humanoꝝ actuũ. s. ratio humana ⁊ deus. Sꝫ deus est prima regula: a qua etiam humana rõ regulanda est. Et ideo virtutes theologice: que consistũt in attingẽdo illã regulã primã: eo q eaꝝ obiectũ est deus: excellẽtiores sunt moralibus virtutibus: vel intellectualibus: que consistũt in attingendo rõnem humanã: ꝓpter quod opꝫ vt etiã inter ipsas virtutes theologicas: illa sit potior: que magis deũ attingit. Semper aũt id qđ ẽ per se: magis est: eo: qđ ẽ per aliud. Fides aũt ⁊ spes attingunt qdem deuꝫ. sm̃ q ex ipso ꝓuenit nobis vel cognitio veri: vel adeptio boni. Sed caritas attingit ipsum deum vt in ipso sistat: nõ vt ex eo aliquid nobis ꝓueniat. Et ideo caritas est excellẽtior fide. ⁊ spe. Et ꝑ ꝯñs omnibus alijs virtutibus. Sicut etiam que attingit rõnem sm̃ se: ẽ excellentior: q̃ alie virtutes morales: que attingant rõem: sm̃ q ex ea: mediũ cõstituitur in operationibus: vel passionibus humanis. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primaꝫ rñdetur negãdo ꝯñam. Et rõ est. qꝛ operatio intellectus cõpletur sm̃ q res intelligitur: ẽ in intelligente. Et ideo nobilitas operatiõis intellectualis attendit sm̃ mẽsuram intellectus. operatio aũt volũtatis: ⁊ cuiuslibꝫ virtutis appetitiue perficitur in inclinatiõe appetitus ad rẽ: sicut ad terminũ. Ideo dignitas operationis appetitiue attenditur sm̃ rem: que ẽ obiectũ operationis. Ea aũt que sunt infra animã: nobiliori modo sunt in anima: q̃ꝫ in seipsis. qꝛ vnũquodqꝫ qđ est in alio: est per modũ eius: in quo est: vt habet in lib. de causis. Que vero sunt supra animã: nobiliori mõ sunt in seipsis: q̃ꝫ sint in anima. Et ideo eoꝝ que sunt infra nos: nobilior est cognitio q̃ꝫ dilectio. Propter qđ phil. seꝯto. Ethicoꝝ pretulit virtutes intellectuales virtutib9 moralibus: Sed eoꝝ que sunt supra nos: ⁊ ꝑcipue dilectio dei: cognitioni ꝑfertur. Et iđ caritas ẽ excellẽtior fide. ¶ Ad scđm respõdetur negando consequentiaꝫ. Et rõ ẽ: qꝛ fides nõ operat ꝑ dilectionem: sicut ꝑ instrm̃: vt dñs per seruuꝫ: sꝫ sicut per formã ꝓpriam. Et ideo rõ nõ ꝓcedit. ¶ Ad tertiũ rñdet negando ꝯñam. Et rõ ẽ: qꝛ idẽ ẽ obiectũ caritatꝭ ⁊ spei. Sꝫ caritas iportat vnionẽ ad illud bonũ. spes aũt distantiã quãdam ab eo: ⁊ idẽ ẽ: q caritas nõ respicit illud bonũ: vt arduũ: sicut spes. Qđ enim iã vnitũ ẽ nõ hꝫ rõnem ardui. Et ex hoc apparet q

caritas sit perfectior spe.

Ad terciaʒ sic pceditur. Et videtur: q nō habēs vestē nuptialē. s. caritatē. finaliter non proijcietur in tenebras exteriores. i. corporales. vbi erit fletus ꝛ stridor dentiū: ¶ Primo sic. In inferno nō sunt tenebre corporales: Ergo ꝛc. Assumptum probatur: q dampnati: potētiaʒ habebūt visiuaʒ post corpoꝝ resumptionē. Sed frustra in eis esset: nisi aliquid viderēt. Ergo cum nihil videatur: nisi in lumine: videtur q nō sit oino i tenebris. ¶ Scdo sic. Dānati vident penā suā. Hoc enim est eis ad augmentum pene: Sed nihil videt̄ sine lumine: Ergo nō sunt ibi tenebre corporales. ¶ Tertio sic Lux naturaliter sequitur ignem: vbi ergo erit aggregatio ignis: erit ꝛ luminis: Sed in inferno erit ignis: ergo: ꝛc. ¶ Quarto arguitur: q nō erit flet⁹ corporalis: nec stridor dentium. sic. Fletus corporalis fit per quādā resolutionē lachrimaruʒ: sed a corporibus damnatoꝝ nō pōt fieri perpetua resolutio. cū nihil in eis per cibum restauretur: Omne enim finitum consumitur: si aliquid ab eo ꝯtinue abstrahat̄. ergo in damnatis non erit corporalis flet⁹. ¶ In oppo. est euangeliū pñs. ¶ Rñdeo dicendum primo circa tenebras corporales ꝫm Isidorū. Ignis gehenne habet lucē ad aliquid: ꝛ ad aliquid nō habebit. Pro quo notandū iuxta sctm̄. Tho. q dispositio inferni erit talis: vt maxime miserie dānatoꝝ cōpetat. Vñ ꝫm hoc sunt ibi lux ꝛ tenebre: prout maxime expectat ad miseriā dānatoruʒ. Ipsa aūt visio. ꝫm se ē delectabilis. Ut eni dicit̄. ij. Metha. sensus oculoꝝ est maxime diligibilis: eo q per ipsum plura cognoscimus: Sed per accidēs ꝯtingit: visionē esse afflictiuā: inquātū videm⁹ aliqua nobis nociua: vel voluntati nostre repugnātia. Et iō in inferno locus ita debet esse dispositus ad videndū: ꝫm lucē ꝛ tenebras: q nihil ibi pspicue videat̄. sed solūmodo sub quadā vmbrositate videant̄ illa. que afflictionē cordi ingerere possunt. Vñ simpliciter loquēdo locus est tenebrosus: sed tñ ex diuina dispositione est ibi aliqd luminis: quantū sufficit ad videndū illa: que aiam torquere possunt Ad hoc satisfacit naturalis situs loci. quia in terre medio vbi infernus pon̄i: nō pōt esse ignis: nisi feculentus ꝛ turbidus: ꝛ quasi fumosus. Unde circa hoc notat dñs Bonauen. q ignis est in triplici differētia. Est enim ignis purus: vt est in ppria materia: ꝛ ignis incorporatus: vt est in materia aliena: vt in terrea: vel in aerea: ꝛ est ignis non eni incorporatus: sed etiā pmixtus. vt ignis sulphureus: ꝛ fumosus Prim⁹ est lux: ꝛ pure lucet ꝛ abūdāter. Scds est ignis carbo ꝛ flāma. Hic aūt lucet: ꝛ tenebram expellit. Tertius est ignis fumosus: ꝛ talis est tenebrosus: ꝛ iste erit in inferno. Ex istis pʒ rñsio ad tria obiecta. ¶ Ad quartaʒ rñdetur q in fletu corporali duo inueniūtur: quaruʒ vnū ē lachrimaꝝ resolutio: ꝛ quātū ad hoc fletus corporalis in dānatis esse nō pōt: qa post diem iudicij quiescēte motu primi mobilis: non est aliqua generatio vel corruptio vel corporalis alteratio. In lachrimaꝝ resolutione oportet esse alicuius humoris generationeʒ. qui per lachrimas distillat. Unde quantū ad hoc corporalis fletus in dānatis esse nō pōt. Aliud qd inuenitur in corporali fletu: ē quedā cōmotio ꝛ turbatio capitis ꝛ oculoꝝ. Et quantū ad hoc fletus in dānatis esse poterit: post resurrectionē corpoꝝ dānatoꝝ: q n̄ solū ex exteriori affligent̄: ꝫ etiā ab interiori: ꝫm q corpus immutat̄ ad passionē anime in bonū vel malū. Et quātū ad hoc: fletus rñdet delectatiōi: que fit in anima: ꝛ in corpore. Et ita patet responsio ad obiectum.

¶ In dominica: xxi. est euangeliū. Erat quidaʒ regulus. Jo. x. Circa quod possunt disputari sequentes. q.

¶ Primo: vtrum regulus iste: cuius filius infirmabatur: iuste fuit reprehēsus a christo dicente. nisi videritis signa ꝛ prodigia non creditis.

¶ Secūdo: vtrū miraculū hoc sit idez cū miraculo illo: de quo scribitur Math. viij. De centurionis seruo sanato a christo.

¶ Tertio: vtrum: hora septima: qua filius reguli sanatus est a febre: aliqd significet in spirituali curatiōe aīe a febre peccati.

Ad primā .q. sic ꝓceditur. Et videt̄ ꝙ nō iuste siue ꝯueniēter fuit reprehēsus iste regulus a xp̄o dicente ei: nisi videritis signa ⁊ prodigia nō creditis. ¶ Primo sic. Nisi enim xp̄m credidisset saluatorē nō petiuisset ab eo pro filio suo saluationē. Ergo videtur ꝙ credebat: ⁊ ita incōueniēter reprehendebatur ꝙ nō credebat. ¶ Secundo sic. Non veniebat reprehendendus in eo: ꝙ querebat signa. Nam fides per signa ꝓbatur. ¶ Tertio. Iste cū esset gētilis: nō veniebat reprehēdendus: si nō crederet. cū nec per sacrā scripturā: quā nō viderat: nec per rōnez naturale: poterat ad fidem peruenire. Un̄ apostolus dicit signa data sunt infidelibus. p̄me. Cor. xiiij.

¶ In oppositum est euāgeliū: in quo reprehendit eum dicēs nisi videritis ⁊c. ¶ Rn̄deo dicendū: ꝙ iuste est reprehensus iste regulus a xp̄o. Pro qua cōclusione notificanda: est notandū iuxta sanctū Thomā super. Jo. ꝙ aliter trahuntur ad fidem xp̄i infideles. ⁊ aliter fideles. Nam infideles nō possunt trahi: nec duci auctoritate sacre scripture. ꝗ ei nō credūt nec per rationē naturalē ꝗ fides est supra rōnem. Et ideo inducendi sunt p miracula. p̄me. Cor. xiiij. Signa data sunt infidelibus nō fidelibus. Fideles aūt ducendi sunt: ⁊ dirigendi auctoritate sacre scripture: cui acquiescere tenētur. In hoc ergo iste regulus redarguitur: ꝗ cū esset nutritus inter iudeos: ⁊ instruct⁹ de lege: nō per scripture auctoritatem: sꝫ per signa credere volebat. Et ideo dn̄s reprehēdit eū dicēs: nisi signa ⁊ prodigia id est miracula. que dicuntur aliqn̄ signa: inquātum sunt demonstratiua diuine virtutis. Prodigia vero ꝗ certissime indicent: vt sic dicatur prodigium: ꝗ si procul ostendens aliquē effectum futurū.

speculum: id est per creaturas. in enigmate:
idest obscuro: nunc videbimus prima facie
ad faciẽ. Et. i. Jo. iij. Uidebimus eũ sicuti ẽ.
Et ista ẽ cõmunis omnibus sanctis. Quar
ta visio dei dicitur visio per comprehensio
nem. et ista sola est diuinarũ persona ꝑ. De
ista dicit Jo. i. Deum nemo vidit vnqz. Su
per quo verbo dicit Criso. Nec ipse cele-
stes essentie: ipsi dico cherubin τ seraphin
ipsum: vt est: vnqz videre potuerũt: τ de ta
li visione loquit in pñti euãgelio. ¶ Tũc
respondetur ad qstionem: q beatus Ma
thias: τ alij beati viderunt filiũ dei visione
beatifica: τ primo in hac peregrinatiõe exi
stentes viderunt per fidem: non videt nec
videbit visione comprehensiua filiũ dei. qa
deus infinitus est: τ ita incomprehensibilis
ab intellectu finito. Omne enim quod com
prehendit aliquid: vel est maius: vel equale
illi. Nullus autez intellectus creatus potest
esse maior deo: nec equalis. Unde a nullo
hoc modo creato intellectu ẽ visibilis. Hu
iusmodi enim visio sancte trinitatis propria
est. Nec est contra hoc quod dicitur in pre
senti euangelio. q nemo novit filiuz nisi pa
ter: quia per li: nisi: nõ excludit spiritus san
ct⁹. Pro quo notãdũ: q dictiões exclusiue
aliqñ addunt noib⁹ diuinis eẽntialib⁹: ali-
qñ psonalibus: τ cũ adiũgunt psonalib⁹: re
spectu termini eẽntialis: nõ excludũt id: qd
idẽ ẽ in nã: s poti⁹ icludũt: q: lz alia sit psõa
pris: alia filij: alia spũs sci: tamẽ isti tres p-
sone sunt vn⁹ ds. ita q nec in dcitate nec in
eẽntia hñt aliquã alietatẽ. Dictio aũt exclu
siua solũ excludit gdũ alietatẽ ipoitat. Noti-
cia aũt absolute sũpta: eẽntialit accipit: τ iã

commissa est tribus. Et ideo cum dicitur: q nemo novit filium nisi pater. per hanc distinctionem exclusivam nisi: ab hac notitia non excluditur spūs sanctus. sed magis includitur. Per hoc responsio fit ad totum.

a Q scdam.q. utrum necesse sit semper eligere meliores ad dignitatem ecclesiasticā: sic proceditur. Et videtur q sic. ¶ Primo de electione Mathie. q licet Joseph eēt bonus: unde nominatur iustus. tñ Mathias q erat melior: est electus. ¶ Secundo sic. Ex electione petri. Dominus eni Petrum cui commissurus erat pastorale officiū: examinavit si se diliget et plus ceteris. Sed ex hoc aliquis melior est: q deum plus diligit. Ergo videtur: q ad dignitatē ecclesiasticā semper melior est eligendus. ¶ Tertio arguit ex illo Symachi pape. Vilissimus cōputandus est: nisi scia et sanctitate p̄cellat: qui est dignitate prestātior. ¶ In oppo. est. Decretalis. d. q sufficit eligere bonū: nec oportet eligere meliorē. ¶ Rñdeo dōm iuxta scm̄ Tho. q aliquis homo bonus: vel melior altero. dr̄ dupliciter. Uno modo simpliciter. Et sic melior est: qui ē in charitate perfectior. Alio modo sm̄ quid. Et sic dr̄ aliquis esse melior altero: vel ad militiā: vel ad magisteriū: vel ad plationē: vel aliquid hmōi. qui non est melior simpliciter eo qđ in singulis officiis tā in spūalib9 q̄z tēporalibus requirūtur aliqua p̄ter bonitatē moralē: ad hoc q aliquis sit idone9 ad illud officiū exercendū. Dicendū ergo et sit ista prima conclusio. q oportet eligere ad prelationē: vel ad quodcūq officiū ecclesiasticū. aliquē: qui sit bonus simpliciter. eo q per quodlibet pctm̄ mortale aliquis redditur indignus ad quodlibet officium spūale exequēdū. Unde dic Diony. in epistola ad Dimophilū monachū loquēs de sacerdote: q nō est gratia illuminatus. Nō est sacerdos: sed est inimicus dolosus delusor sui ipsius: et lupus cōtra dominicū populū pelle ovina armatus. Secū da conclusio. Non opz: q eligendus semper sit melior simpliciter. Pz conclusio: q possibile est: q ille qui est perfectior in caritate deficiat in multis: que requiruntur ad hoc: q aliq9 sit idoneus prelatus: que in alio: qui est minoris caritatis iveniuntur: ut scia: industria: et potentia: et hmōi. Unde non oportz semper eligere meliorē simpliciter: sed euz qui sit melior ad officiū. Tertia conclusio. Si quis eligit eū: quē reputat minus idoneum ad tale officiū peccat. Pz conclusio. q potest esse: q de duobus unus preeligatur nisi p̄pter aliquid in ipso consideratū. Illud aūt quod consideratur in eo: qui min9 est idoneus ad hoc q magis idoneo preferatur: est aliqua conditio indebite movens. utpote familiaritas: vel cōsanguinitas: vel aliquid hmōi. Non enī pōt esse conditio ad idoñeitatē pertinens: ex quo alter simpliciter melior reputat. Et sic indebite movet. Et in tali electione est acceptio persōe: que sine peccato esse non potest. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad pimā rñdetur negando consequentiā: nisi intelligendo de meliori: ut dictum est. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiā. Et rō ē: quia Petrus non solū p̄e ceteris eminebat dilectione divina. sed ēt erat idoneus ad gubernandū ecclām p̄e ceteris: ¶ Ad tertiam rñdetur: q auctoritas illa ē intelligēda quantū ad studiū illius: qui est in dignitate constitutus. Debet enī ad hoc intendere: ut talē se exhibeat: ut ceteros scia: et sanctitate precellat. ut Grego. dicit in pastoralib9 Non aūt sibi imputandū est: si ante prelationem excellentior non fuerit: ut ex hoc debeat vilissimus reputari.

¶ In festo beati Thome de aquino aliqui legunt euangelium. Vos estis sal τc. Circa quod possunt disputari se.q.

¶ Primo: utrum doctoribus aureola debeatur in regno celorum.

¶ Secundo: utrum predicator vel doctor teneatur facere: quod dicitur ex presenti euangelio.

D primã.q.sic ꝓcedit. Et videt ꝙ aureola nõ debea tur doctoribus in regno ce loꝝ:qꝛ oẽ premiũ qḋ in fu turo hẽbit:alicui actui vir tutis rñdetur. Sed ṗdicare τ docere nõ ẽ actus alicuius ꝟtutis. Ergo doctrine vel ṗdicatiõi nõ debeat aureola. ℂ Scḋo sic. Predicare:ex studio τ doctrina ꝓuenit:sed ea que premiant in futuro.nõ sunt acq̃sita p humanũ studiũ:qꝛ naturalibus τ acq̃sitis nõ meremur. Ergo ꝓ doctrina τ ṗdicatione nullus in futuro meret aureolã. ℂ Tertio. Exaltatio in futuro rñdet humilitati p̃nti:qꝛ q se humiliat exaltabit. Sed i docendo τ ṗdicando nõ ẽ humilitatis.imo magis supbie occasio. Uñ glo. dicit Mat.iiij.ꝙ diabolus multos decepit honore magisterij inflatos. ℂ In oppo.est euãgeliũ p̃ns. Qui fecerit τ docuerit:hic magnus vocabit in regno celoꝝ. Scḋo est illud:qḋ sup illud ephe vt sciatis q̃ sit eminens τc̃.dicit glo. Quoddã eminentũ habebunt sci doctores vltra id qḋ alij cõter hẽbunt. ℂ Rñ␣o dõm:ꝙ sicut p martiriũ τ ꝟginitatẽ aliqs ꝑfectissimã victoriã optinet de carne τ mũdo.ita ẽt ꝑfectissima contra diabolũ optinet.qñ aliquis nõ solũ diabolo impugnãti nõ cedit:sed ẽt eũ repellit. Et ñ sol . a se:sed ẽt ab alijs. Hoc ãt fit p ṗdicationẽ τ doctrinã. Et ideo ṗdicationi τ doctrine aureola debet.sicut τ virginitati τ martirio. Nec ẽ dõm:vt quidã dicũt:ꝙ habeat tm̃ p̃latis:q̃bus cõpetit ex officio ṗdicare τ docere:sed q̃buscũqꝫ hunc actum exercent. Prelatis aũt nõ debet:q̃uis habeant officiũ ṗdicandi:nisi actu doceant:τ ṗdicent.quia corona nõ debet habitui:sed actuali pugne:ꝺm illud.ij.Thi.ij. Nõ coronabit:nisi q legitime certauerit. Notat aũt ꝙ tria requirũt ad hoc:ꝙ doctorib[9] aureola debeat. Primũ est:ꝙ ex pte doctrine q̃ docet.s.ꝙ sit de ptinẽtibus ad salutẽ.p quã diabolus a cordibus hoium expellat.sicut q̃busdã spũalibus armis. De q̃bus dr.ij. Cor.x. Arma milicie nostre nõ sũt carnalia:sed spũalia τc̃. Scḋo req̃ritur ex pte docentis:ꝙ actu doceat τ ṗdicet:vt dictum ẽ. Tertio req̃rit ex pte finis.s.ꝙ doceat τ ṗdicet ṗncipal ter ad gliã dei. ℂ Ad rõnes in oppo. ℂ Ad primã rñdet negando minorẽ. Dicimus.n.ꝙ ṗdicare τ docere sunt actus alicuius virtutis.s.mĩ̃sico.die: τ inter spũales elemosinas cõputat. ℂ Ad scḋam rñdet negãdo ꝯñam. Et rõ ẽ:qꝛ q̃uis facultas ṗdicandi:τ docẽdi:q̃nqꝫ ex studio ꝓueniant.tñ vsus doctrine ex volũtate ꝓcedit:que p caritatẽ iformat a deo infusam:τ sic actus eius meritorius eẽ põt. ℂ Ad terciã rñdetur negãdo ꝯñam. Et rõ ẽ:qꝛ exaltatio in hac vita nõ diminuet alteri[9] vite p̃miũ.nisi ei qui tali exaltatiõe ꝓpriã gloriam q̃rit. Qui aũt talẽ exaltationẽ in vtilitatem aliorũ ꝯuertit ex ea sibi mercedẽ acquirit.

D scḋam.q.vtrũ ṗdicator vel
a doctor teneat facere qḋ dicit.

ℂ Primo ꝓcedit τ vr̃ ꝙ sic ex p̃nti euangelio. Qui fecerit τ docuerit:hic magn[9] τc̃. Ergo vr̃:ꝙ q facit ꝯtrariũ hmõi qḋ ṗdicat:errat τ peccat. ℂ Scḋo sic. Dic Apl̃s.j.Cor.ix. Castigo corp[9] meũ: τ i seruitutẽ redigo.ne forte cũ alijs ṗdicauerim: ipe reprobus efficiar. Itẽ ad Ro.ij.dicit. Qui aliũ doces:teipm nõ doces. ℂ Tertio sic. Predicator euãgelij tenetur imitari formã ei[9]:q cõdidit euãgeliũ. Sed saluator nr̃ iesus faciebat:q̃ ṗdicabat. Uñ de ipo dr̃ Act.j. Cepit iesus facere: τ docere. Ergo vr̃:ꝙ ille q ṗdicat euãgeliũ vel docet:tenet facere qḋ ṗdicat. ℂ In opp. ẽ q ṗdicat aut docet ꝑfectionẽ:quã tñ nõ facit:τ tñ nõ diceret teneri. Uñ cũ secularis ṗdicat ꝑfectionẽ religiõis:τ ꝑfectiõis. Ergo ṗdicator vel doctor nõ tenet semp facere qḋ docet. ℂ Rñdeo dõm iuxta Alexãdrũ de ales in tertio:sub ista ꝯclusiõe.ꝙ q̃libet tenet facere qḋ dicit:ꝺm qḋ asserit alijs teneri ad faciẽdũ qḋ dicit. Hoc tñ qḋ asserit eẽ faciendũ:vel asserit gñaliter:vel solũ ꝺm statum. Gñaliter:sicut asserit de illis:q̃ ꝑtinent ad statũ salutis:ꝺm statũ sicut asserit de his: q̃ ꝑtinẽt ad statũ ꝑfectiõis:vtpote religionis:

ad quā oēs nō tenēt. Et sic pdicator nō tenes facere qd dic. Dr ergo: q pdicator rōne sui offi: cu nō teneť oia facere: q doc; aut pdicat ad q alias nō tenebat. Si n. oia facit q pdicat: hoc pfectiōis ē: nō necessitatis. Si aliq pdicat ad q alias nō tenebat. s; si ea q pdicat ad q alias tenebat sic sūt pcepta dei & ecclie. & forte aliq alia: ad q forte voto tenebat: sic planū ē: q ad ista teneť tētiōe necessitatis. Sz cū pdicat ea: ad q alias nō tenebat: nō video rōez: q̄re pdicatiōis rōe ad illa teneat tentiōe necessitatis. nisi in casu forte: vbi nō fuaret: illa esset pbabilis occasio scādali in auditorib: p qd posset pudiciū fieri vitari. ¶ Ad rōnes in opp. ¶ Ad auctoritates Apli dico: q intelligunt de illis: ad q pri tenebat. ¶ Ad rōez de xpo q pdicator dz imitari formā illi q pdicit euangeliū &c. rndet: q si hoc itelligat necessarius: tūc verū ē: q q̄tū ad ea q sūt necessaria ad salutē. ad alia aūt nō tenetur: nisi ratiōe scādali: loquendo de tentione necessitatis. Et tantum ad phs de ista q.

¶ In festo sancti Gregorii possunt disputari se. q.

¶ Prio: vtrū meli facit: q psentit electiōi canonice de se facte: q̄z q eam recusat.

¶ Scdo: vtrū pcibus bti Grego. fuit liberatus Traianus de penis inferni.

¶ Tertio: vtrū stat cū pfectione papatus: possidere quasi proprias diuitias: aut facultates terrenas.

D primā. q. vtrū meli faciat: q psentit electioni canonice de se fcē: q̄z q eā recusat. Et vr q melius faciat q psentit. Dicit eniz Greg. xij. moraliū. Ptās cū pcipit nō ex libidine amāda ē. Sz qn aliqs p canonicam electionē: epalē dignitatē adipiscit: nō pcipit eā ex libidine. Ergo dz eā amare: nō ergo dz eā recusare. ¶ In oppo. arguit exēplo bti Grego. cu festū hodie colit. q multipliciter electionē de se factam recusauit. ¶ Rndeo dicēdū. q ille q electiōi canonice de se facte psentit: psiderare pcipue dz: qd itēdit. Si n. itendit aliqd tpale: puta honorē: diuitias: excutere se a iugo religionis: aut aliqd hmōi. manifestū ē: q ē praua itētio. Vn ponit p pclusiōe: q melius faceret si nō assentiret. Si aūt itedit pfectuz ecclie. sic planū ē: q ē recta itētio. Vn Aug. dicit. xix. de Ci. dei. In actiōe nō amādus ē honor in hac vita siue potētia. s; op ipm: si recte atq; vtiliter fit: vt valeat ad salutez subditoꝝ. Sed q ad hoc op marie reqrit idoneitas: ad qd humana fragilitas fm pprias vires sufficiens nō ē. pōt ergo aliqs laudabiliter psiderās pprīū defectū ex humilitate: offm platiōis recusare. sic Iere. dixit. Nescio loq q: puer &c. Pōt ēt laudabiliter psentire ex caritate frna: vt salutē pximoꝝ pcuret. sic Ysa. q dixit. Ecce mitte me. Sz sic dicit Greg. in pastorali. In vtroq; ē subtiliter ituendū: q: & is q recusauit plene nō resistit. & is q mitti voluit añ se p altaris calculū purgatū viderit. Nec aūt nō purgatus adire q̄sq̄z sacra misteria audeat: aut q supna gr̄a eligit sub hūilitatis spē supne dispositiōi ptradicat. Quia ergo valde difficile ē purgatū sic quēlibet agnoscere platōis officiū: tuti declinat. nō tn ptinaciter cū ad suscipiēdū hoc supna volūtas agnoscitur. ¶ Ad rōes in opp. rndet q illd vbū Gregorij dz sic itelligi. ptās cū ex libidie nō pcipit amāda est. sed ita ptās cum percipitur non est amanda ex libidine. subdit enim s; ex longanimitate tolleranda.

D scdaz. q. sic pcedit. Et vr q Traian pcib Greg. nō fuerit ab iferno liberat. ¶ Prio sic. Dic Dio. vij. cele. Ierar. Sūm sacerdos p imūdis nō erat. Et in hoc auerteret a diuio ordie. Et Cōmētator ibidē dic: q pcōib nō orat remissiōem: q: nō audiret p illis. Ergo nō valēt pces scōrum erntib in iferno. ¶ Scdo sic. Dicit btūs Greg. xiij. moraliū. Eadē ē: vt nō oret post diē iudicij. pro hoibus eterno igne dānatis que nūc causa est: vt nō orent sancti p hoibus ifidelib ipijsq; defūctis. ¶ Tertio sic dicit Aug. q sine fide operāte per dilectionem: eiusq; sacramentis. i. de corpore exeū

frustra illis ab huiusmodi officia impendūtur. Sed oēs dānati sunt hmōi. Ergo non prosunt preces: aut suffragia que fiunt pro dānatis. Sed Traianus erat dānatus. Ergo preces Grego. non poterant eū liberare. ¶ In oppo. ē historia. Itē Damas. in uno sermone narrat: q Grego. pro Traiano orationem fundens: audiuit vocē diuinitus sibi allatā. Uocem tuā audiui: z veniā Traiano do. Cuius rei vt Damas. dicit in eodem sermone testis est occidens z oriens.

¶ Rndeo dicendū iuxta sanctū Tho. in iiij. q deputati ad infernū sunt duplici differētia. Quidā sunt deputati simpliciter: z sm pñtem iustitiam: z sm superiores causas. Et p talibus nunq̄ faciēda sūt suffragia. Non eni eis prodessent preces quorūcūq̄ sanctoꝝ. Alij sunt deputati in iferno non simpliciter: sed sm presentē iustitiā ppriorum meritorum. Scdm aūt superiores causas: quibus preuidebantur ad vitā reuocandi. erat de eis aliter disponendū. Et tales videnř fuisse multi: qui fuerūt a mortuis resuscitati: quoꝝ plures constat idolatras: z dānatos fuisse. Et talibus potuerūt preces sanctorū suffragari. z de numero talium creditur fuisse Traianus. vt pbabiliter potest estimari. vt dicit sanctus Tho. q precibus beati Grego. Traianus ad vitā fuerit reuocatus: et ibi gratiā consecutus sit. per quā remissionē peccatoꝝ habuerit. z per consequēs imunitatē a pena. ¶ Ad rōnes pz responsio. Procedunt eni de deputatis simpliciter i inferno. Uel dicēdum est q aliud est resuscitari ad vitam presentem precibus sanctoꝝ. z in hac vita consequi gratiam: per quā remittuntur ei peccata sua. Et aliud est: q dānatis in inferno ibi permanentibus psint suffragia.



D terciā. q. sic pcedit. Et videtur: q nō stet cū statu perfectionis: papatus possidere quasi pprias diuitias: aut facultates terrēas. ¶ Primo sic. Epi in ecclesia tenent locū apostoloꝝ: vt dicit glo. Luc. x. Et habetur in. c. decre. xxj. di. Sed aplis dñs precepit: vt nihil pprium possiderent. sm illud Mat. x. Nolite possidere aurū nec argentū: nec pecuniā in zonis vestris. Unde z Petrus cui papa succedit: p se z alij aplis dicit. Ecce nos reliquimus oīa: z secuti sumus te. Math. xviij. Ergo videtur: q papa z alij epi teneantur ad hmōi mandati obseruantiā: vt nihil pprium possideant. ¶ Scdo sic. Uolūtaria paupertas ad pfectionē videtur requiri: sm illud Mat. xix. Si vis pfectus esse vade. Et vende omnia que habes z da pauperibus. Sed papa z episcopi assumūtur ad statum perfectionis. Ergo videtur: q non stet cum statu perfectionis pape aliquid: quasi proprium possidere. ¶ Tertio sic. Hieronymus dicit ad Nepotianum. Cleros grece latine sors appellatur. Et habetur in. c. cleros. xxj. di. Propterea clerici dicuntur: q de sorte dñi sunt: vel q: ipse dominus sors. i. pars clericorū est. Qui autem dñm possidet: nihil extra deū possidere potest. Si aūt aurum: si argentum. si possessionem: si variam supellectilem habet: cū istis partibus non dignatur dñs fieri pars eius Ergo videtur: q papa z episcopi. z non solum episcopi: sed et clerici. debeāt proprijs carere. ¶ Quarto. Christus cuius vicarius est: z vices gerit in terris papa. gessit vitam humilē: z pauperē. ita q sicut dicitur. Mat. viij. Filius hominis non habet vbi caput reclinet. Ergo papa debet imitari: eum. Et ita fecit Petrus: primus papa ab eo institutus. qui ait. Aurum z argentū nō est mihi. Ergo videtur repugnare statui pfectionis papatus. qui dicit vicariatum xpi habere in proprio diuitias z facultates terrenas. ¶ In oppo. arguitur ex euāgelio psenti sic. Spectat ad fidelem seruum: z prudentem: constitutum super ecclesiam: habere ea: quibus possit cibum ministrare familie: non tantū verbi dei: aut exempli honestatis. sed etiam subsidij tēporalis. Unde xps ter dixit Petro: quē cōstituebat sup

totã ecclesiã: cui succedit Gregorius. Pasce oues meas: ad significandũ triplicẽ pastũ s. doctrine verbi: vite exẽpli: et tẽporalis subsidij: Sed pastum corporalẽ. siue subsidij tẽporalis: nõ potest facere nisi habeat de quibus. Ergo ex ipsa institutione xpi nõ repugnat statui pfectionis pape: aut epõrum: habere terrena bona. quibus indigentibus subueniri possit de aliquo pastu. Scdo arguit ex illo. c. epi. xij. q. i. Ubi dicit. Epi de rebus ppriis vel acqsitis vel aliqd de ppriio si hñt: heredibus suis si voluerint relinqnt. ¶ Rñdeo dicendũ: q nõ derogat statui pfectiõis papatus: aut epatus: possidere aliqd ppriũ vt diuitias et terrenas facultates. Ista cõclusio pz sm iuxta sanctũ Tho. Ad ea que sunt supererogationis: nullus tenet: nisi se specialiter ad id voto astringat. Uñ Augu. dicit in epistola ad Paulinã: et armentariũ. Q: iam vouisti: iam te astrinxisti: aliud tibi facere nõ lz: prius quã esses voti reus liber fuit eo q esses inferior. Manifestũ est autẽ: q viuere absq proprio: supererogatiõis est. Non enim cadit sub pcepto: sed sub cõsilio. Unde cũ Mat. xix. dixisset dñs adolescẽti. Si vis ad vitã ingredi: serua mãdata. postea subdit: subaddendo. Si vis perfectus esse: vade et vende oia etc. Nõ autem papa: nec alij epi in sua ordinatione se obligant vt absq ppriio viuãt. nec etiã absq proprio viuere ex necessitate reqritur ad pastorale officiũ: ad quod se obligant. Et ideo nec papa nec episcopi tenent: absq proprio viuere. Et per cõsequẽs nõ repugnat statui perfectionis eorum: possidere diuitias et bona tẽporalia. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad pmã rñdetur negando: q papa: et episcopi alij teneant illud obseruare: aut sint obligati ad illud: qd dictũ fuit apostolis. Pro quo notãdũ: q verba illa dñi pñt tripliciter intelligi sm doctores. Uno mõ mistice. vt nõ possideamus aurũ nec argentũ. id est vt predicatores nõ innitant principaliter sapientie et eloquentie tẽporali. vt Hierony. exponit. Alio mõ sicut Augu. exponit in libro de cõsensu euangelistarum: vt intelligatur hoc dñm nõ precepisse: sed magis permittẽdo dixisse. Permisit enim eis: vt absq argento et auro et alijs sumptibus ad predicandũ irent: accepturi sumptus vite ab ijs: quibus pdicabant. Unde subdit. Dignus est enim operarius cibo suo. ita tamen: q si aliqs ppriis sumptibus vteretur in predicatione euãgelij: ad supererogãtiam pertineret: sicut Paulus de se ipso dicit. i. ad Cor. ix. Tertio modo sm Criso. exponit. vt intelligat: illa dominũ discipulis pcepisse: quãtũ ad illam missionẽ: qua mittebantur ad predicandum iudeis: vt per hoc exercerent ad cõfidendum de virtute ipsius: qui eis absq sumptibus puideret. ex quo tñ nõ obligabãt ipsi: vel successores eorum: vt absq ppriis sumptibus euãgeliũ predicarent. Nam de Paulo legit. ij. Cor. xi. q ab alijs ecclesijs stipendium accipiebat ad predicandũ Corinthijs. Et p3 q aliqd possidebat: ab alijs missum. Stultũ autem videtur dicere: inquit sctũs Tho. q tot sanctifices sicut Anathasius. Ambrosius. Augustinus: illa precepta trangressi fuissent: si ad ea obseruanda se crederent obligari. ¶ Ad secũdã rñdet negãdo cõñam. Et ratio est: q perfectio xpiane vite nõ consistit in volũtaria paupertate: sed volũtaria paupertas instrumẽtaliter operat ad perfectionẽ vite. Uñ nõ oportet: q vbi ẽ maior paupertas: ibi sit maior perfectio. Quinimmo põt eẽ summa pfectio cũ magna opulentia. Nã Abraam: cui dictũ est Geñ. xvij. Ambula corã me: et esto perfectus legit diues fuisse. Preterea: p maiori claritate notãdũ prout inqt idem sanctus Tho. q abrenunciatio ppriaꝝ facultatũ dupliciter cõsiderari põt. Uno modo sm: q est actu. et sic i eo nõ cõsistit essentialiter perfectio: sed ẽ quoddã perfectionis instrumentũ: vt dictum est. Et ideo nihil phibet statũ perfectionis esse sine abrenũciatione propriorum: sicut etiam dicendum est de alijs exterioribus obseruãtijs. Alio mõ põt considerari sm pparrationẽ animi: vt. s. hõ sit paratus: si opus fuerit:

oīa dimittere: vel distribuere. Et hoc ptinet directe ad perfectionē. Un̄ Augu. in libro de questionibus euāgelij. Oportet filios sapientie intelligere: nō abstinēdo: nec in mā‑ducando esse iusticiā: sȝ in equanimitate ad tollerādā inopiaȝ Unde ꝛ Apostolus dicit Scio habūdare: ꝛ penuriam pati. Ad hoc autē maxime tenentur papa: ꝛ ceteri episcopi: vt oīa sua ꝓ honore dei: ꝛ salute gregis sui cōtenāt: cū opus fuerit: vel pauperibus sui gregis largiendo: rapinā bonorū suorū: cum gaudio sustinendo: que oīa adimpleta fuerūt in dicto beato Gregorio qui tāte largitatis ꝛ elemosinaȝ extitit. vt nō solū p̄nitibus sed etiam longe positis in monte synai monachis necessaria ministraret. Nā oīuȝ indigentiū nomina scripta habebat: ꝛ eis liberaliter subueniebat: vt plenius narraꝛ in legenda vnde fuit ille seruus fidelis ꝛ prudēs quem posuit dominus super familiam suam. i. ecclesiam.

¶ In festo beati Benedicti est euangeliū. Nemo accendit lucernā ꝛc̄. Luce. xi. Circa quod possunt disputari se. q.

Primo: vtrū beatus Benedictus lucernā accedēs regule monachalis: ꝛ ponēs eam super candelabrū ecclesie. cōuenientius instituit monachos in societate viuentes: q̄ȝ solitariā vitaȝ agentes. Et videtur ꝙ nō. ¶ Primo sic. Perfectior est religio agentiū vitā solitariā: q̄ȝ in societate viuentiū. Ergo cōuenientius instituisset monachos agētes vitā solitariā: q̄ȝ ī societate viuentiū. Cōsequētia ē bona. Añs ꝓbatur per illud Aug. in libro de operibꝰ monachoꝝ dicentis: illos sanctiores eē: qui a conspectu hominū separati: nulli ad se prebēt accessuȝ. viuētes in magna intētiōe orationum. ¶ Secūdo sic. Solitudo deseruit vite cōtemplatiue scd̄m illud Osee. ij. Ducaȝ eaȝ in solitudinē: ꝛ ibi loquar ad cor eiꝰ. Sȝ vita cōtemplatiua est perfectior. sanctior: suauior q̄ȝ actiua. Ergo ꝛc̄. ¶ Tertio sic. Religio desiderat quietē mētis: vt implicat illud. Uacate: ꝛ videte: qm̄ ego suȝ deꝰ. Sȝ vita solitaria est: q̄ maiorē prestat quietē anime: Ergo ꝛc̄. ¶ In oppo. arguitur ex p̄nti euāgelio vbi dicitur. Nemo accendit lucernā ꝛ ponit eam sub modio: sȝ super cādelabrū: vt qui ingrediunꝛ: lumē videant: Sȝ q̄ instituūtur in solitudine: videntur poni sub modio: cū sint abscōsi: a cōuersatione hominuȝ: ꝛ nullus illuminaꝛ ab eis. Ergo videꝛ: ꝙ beatus b̄ndictus cōuenientius instituit monachos in societate viuentes. Scd̄o sic. Dicit eccle. iiij. Melius est esse duos: q̄ȝ vnū. Hn̄t eni emolumētū societatis sue. Ergo videtur cōuenientius fecisse instituendo ꝛc̄.

¶ Rn̄deo dicendum: ꝙ cōueniētius fecit beatus B̄ndictus instituendo monachos ī societate viuentes: q̄ȝ solitariā vitā agentes. Et rō est: ꝙ religio est q̄daȝ scola. in qua doceтur disciplina: ꝛ exercitiū habeꝛ tendendi ꝛ perueniendi ad perfectionē: Et q: hoc seruaꝛ in societate viuētiū: vita aūt solitaria nō queriꝛ ad hoc: sȝ daꝛ iam perfectis: ac magistris: q iaȝ nō indigent doceri. Quoniā ergo beatus B̄ndictꝰ hoc intēderit cōstituere: quasi scolā discipline: vbi mōachi doceātur: peruenire ad ꝑfectionē: sicut pȝ ex modo suo loquēdi in ꝑncipio regule: cōuenientius fecit sic: q̄ȝ aliter. Pro quo notādū iuxta sctm̄ Tho. in secūda secūde: ꝙ solitudo sicut nec paupertas nō est ipsa perfectionis essentia: Sȝ ꝑfectiōis instrm̄: solitudo nō est instrm̄ ꝯgruū actiōi: sed cōtēplatiōi: ꝑȝ illud Osee. ij. Ducā eam in solitudinē: ꝛ ibi loqr ad cor eius. Un̄ nō ꝯgruit religionibꝰ: que sunt ordinate ad opera vite actiue: siue corporalia: siue sp̄ualia: nisi forte ad tp̄s: exēplo xp̄i: q vt diciꝛ Luce. vi. Exijt in mōteȝ orare: ꝛ erat pernoctās in orōne. Cōpetit autē religiōibus: q sunt ad cōtēplatione ordinate. Cōsiderādū tn̄ est: ꝙ id q̄d est solitariuȝ: dȝ sibi ꝑ se esse sufficiēs. Hoc aūt ē: cui nihil deest q̄d pertinet ad rōnem perfecti. Et ideo solitudo pertinet cōtemplanti: q iaȝ ad ꝑfectū venit. Q̄d q̄deȝ cōtingit dupliciter. Uno mō ex solo diuino munere. sicut patet

de Jo.baptista:qui fuit repletus spū sancto:
adhuc ex vtero matris sue. Vñ ⁊ cū puer
adhuc esset:erat in desertis vt dicit Luce.i.
Alio mō per exercitiū virtuosi actus:ẜm il
lud ad Hebre.v. Perfectoꝝ est solidus ci-
bus:eoꝝ qui ꝑ cōsuetudine exercitatos hñt
sensus ad discretionē boni ⁊ mali. Ad exer
citiū aūt hmōi iuuatur hō ex alioꝝ societa-
te dupliciť. Uno mō quātū ad intellectū:vt
instruať in his:que sunt ɔ̄tēplāda. Vñ Hie
ro.dicit ad Rusticū monachū. Mihi pla-
cet:vt habeas sanctū contuberniū:nec ipse
te doceas. Secūdo quātū ad affectum:vt.s.
noxie affectiones hoīs reprimantur exēplo
⁊ correctiōe alioꝝ q: vt dicit Grego. Quid
valet solitudo corporis:si desit solitudo cor
dis? Et ideo vita socialis necessaria est ad
exercitiū ꝑfectiōis. Solitudo aūt cōpetit iā
ꝑfectis. Sicut ergo id qđ iam ꝑfectū est:ꝑ-
eminet ei:qđ ad perfectionē exerceť:ita vi
ta solitarioꝝ:si debite assumať.ꝑeminet vi
te sociali. Si aūt absq; ꝑcedēti exercitio ta-
lis vita assumať:est periculosissima:nisi per
diuinā gratiā suppleať:qđ in alijs per exer
citiū acquiritur:sicut p; de beato Antonio
⁊ Bñdicto. ¶ Ad rationes i oppo. ¶ Ad
primā rñdeť negando ɔ̄ñaz.q: lʒ sicut dictū
est vita solitaria:⁊ debite assumatur:ꝑemi-
net vite sociali.tñ imꝑfectis tendentibus ad
perfectionem:sicut discipulis cōuenientior
est vita socialis. ¶ Ad scđam rñdetur negā
do ɔ̄ñam.q: lʒ ipsa cōtemplatiua vita solita
ria sit perfectior.tñ in ꝑfectis esset minus cō
ueniēs:Ergo ꝑiculosa vt dictū ē. ¶ Ad ter
tiā rñdetur. Dicimus eni ad minorē:ꝙ vi-
ta solitaria ꝑfectis sufficientibus per se eēt
magis q̄eta:⁊ magis apta ad vacandū diui
ne cōtemplationi.imꝑfectis tñ esset inquie
ta ⁊ periculosa sicut dictum est.



d scđam.q.vtrū beatus ꝑbe
nedictus in visiōe:q̄ vidit to
tū mundū:diuinā essentiā vi
dit. Et videtur ꝙ sic. ¶ Pri
mo sic. Dicit eniʒ Grego.de
hac visiōe loquēs. Aie videnti deū angusta
est ōis creatura:Sʒ videre deum est vide-
re diuinā essentiā:Ergo beatus Benedict⁹
vidit diuinam essentiaz. ¶ Secūdo sic. Ibi
dē subdit Gregorius:ꝙ totū mundū vidit:
in diuino lumine:Sed nō est aliud lumē dei
vel claritas dei:q̄ʒ ipse deus:vt idem dicit
Gregorius. Et habeť in glo.Exo.xiij.super
illud Nō videbit me hō ⁊ viuet. Ergo bea
tus Benedictus vidit deū ꝑ eēntiaz. ¶ In
oppo.est qđ dicit Jo.i. Deum nemo vidit
vnq̄ʒ vbi dicit glo.ꝙ nullus in mortali car
ne viuens:dei essentiā videre pōt. ¶ Rñ-
deo dicendū:ꝙ beatus benedictus in illa vi
sione non vidit deum per essentiam. Que
cōclusio sic probať. Corpus corruptibile ag
grauat animaz:vt dicit. Sapientie.ix. Sum
ma autem eleuatio mētis humane est:vt di
uinam essentiam videndam pertingat. Vñ
impossibile ē ꝙ mens humana diuinā eēn
tiā videat:vt Augustinus dicit.xij. Super
Geñ.ad literā. Nisi huic vite funditus ho
mo intereat:vel sic alienetur a sensibus:vt
nesciat vtrū sit in corpore:an extra corpus:
sicut de Paulo legitur.ij.Cor.xij.beat⁹ aūt
Benedictus:qñ illaʒ visionē vidit:nec huic
vite funditus mortuus erat:nec a corporeis
sensibus alienatus:vt patet:q: dum adhuc
in ea visione persisteret:alium ad idem vi-
dendū vocauit vt Grego.refert. Vñ mani
festum est ꝙ diuinam essentiam non vidit.
¶ Ad rōnes in opposi. ¶ Ad primam re
spondetur:ꝙ ex illis verbis nō datur intel
ligi ꝙ beatus Benedictus in visiōe vide-
rit deū per essentiā:ẜ vult ostēdere:ꝙ q: vi
dēti creatorē angusta est ōis creatura. Cōse
quēs ē:ꝙ ꝑ illustrationē diuini luminis de
facili possent quecūq; videri. Unde subdit
q̄ʒuis parū de luce creatoris asp[e]xerit:bre-
ue fit:qđ creatū ē. Et iđ nō est miꝝ si sctūs
Benedict⁹ ꝑ lumē diuinū ampli⁹ aliud vi-
dere potuit:q̄ʒ hoīes cōiter videāt. ¶ Ad
secundā rñdetur ꝙ lumē dei qñq; dicit ipse
ds.qñq; vero aliqđ lumen deriuatū a deo:
ẜm illud Ps. In lumie tuo videbim⁹ lumē
Hic aūt accipiť ꝑ lumine deriuato a deo.

¶ In festo annūciationis dominice est euā gelium. Missus ē angelus ⁊c. Luce. i. Circa quod possunt disputari se. q.

¶ Primo: vtrū fuit necessarium annūciari virgini conceptio filij dei. ¶ Scdo: vtrū beate virgini debuit fieri annūciatio per angelum. ¶ Tertio: vtrū annūciatio fuerit cōuenienti ordine perfecta.

Ad primā. q. sic pceditur. Et videt q nō fuit necessariū. ¶ Primo sic. Ad hoc solū necessariū videbat: annūciationē fieri vt cōsensus virginis haberet: Sed cōsensus eius non videt necessarius fuisse: q: coceptus virginis pmōstratus fuit pphia pdestinatiōis vt Isa. vij. Ecce virgo cōcipiet: q̄ sine nostro cōpletur arbitrio. vt dicit qdam glo. Mat. i. Ergo nō reqrebat alius cōsensus ex parte virginis. rōne cuius oporteret annūciationē fieri. ¶ Scdo sic. Beata virgo incarnationis fidē habebat: Sz de eo q qs per certitudinē credit nō indiget vlterius istrui: ergo nō fuit necessariū: annūciationē beate v̄ginis fieri de icarnatiōe filii dei. ¶ Tertio sic. Sicut dicit Gregorius fides nō hz meritū: cui humana rō pbet experimentum. Sz in collocutione angeli ad virginē: q̄daz persuasiua rō facta est: ergo meritū fidei in ipsa vel euacuauit vel diminuit: quoz vtrūqz est incōueniēs. Ergo ⁊c. ¶ Quarto. Inter que nulla distātia ē: nulla est missio. Sed inter deum ⁊ beatā virgine nulla est distantia: Ergo nulla debuit iteruenire missio media. Patet: q: deus fuit cū beatissima virgine: per essentiā: pñtiam: ⁊ potētiaz: sicut est in creaturis generaliter: ⁊ p inhabitatā gratiaz sicut est in sanctis specialiter: Ergo nulla missio necessaria fuit. ¶ In oppo. arguitur: ex pñti euāgelio vbi dicit: q angel⁹ dixit ei. Ecce cōcipies: ⁊ paries. Secundo sic. Maioris sapientie ostensiuū est miraculū de cōceptiōe xpi ex virgine: q̄z de cōceptione Io. baptiste: ex sterili: Sed cōceptio Io. per angelū pnūciata ē: ne fortuitu: ⁊ non ex dei pvidentia accidere putaretur: Ergo multo amplius cōceptionez Christi debuit annūciatio pcedere. Tertio sic. Cōceptione christi factū est quoddā matrimonium per indiuisibilē coniunctionē diuine ⁊ humane nature: Sz in matrimonio requiritur cōsensus: qui per verba nūcioz reqritur ⁊ ꝯfirmatur: ergo decuit: vt deus per angelū suū cōsensum exquireret virginis: de qua humana natura assumeret vnitatē psone. ¶ Rñdeo dicendū: q cōgruū ⁊ cōuenientissimū fuit: annunciare beate virgini: q esset xpm cōceptura. Istius cōclusionis cōgruitas ostēditur ex multis. Primo: vt suaretur ꝯgru⁹ ordo cōiūctionis filij dei ad virginē: vt scilicet prius mens eius de ipso instrueret: q̄z carne eū cōciperet. Nō. n. decebat vt dei sapiētia eius vterum inhabitaret sine hoc: q mens eius cognitione tanti misterii resplenderet. Et ideo non decuit: eam ignorare: qd̄ in ea fiebat: s oportuit hoc sibi annunciari. Scdo vt ipsa futura eēt certissima testis huiusmodi inusitate ꝯceptiōis. Vñ oportuit: q de tāto misterio p renūciatiōez erudiretur. Tertio q: deus nō diligit coacta seruitia: sed volūtaria: vt q obsequūtur: in ipso ministerio mererent. Vñ cū beata v̄go singulariter eligeretur in dei ministeriū: quē vtero portauit. lacte aluit vt ꝯsensus eius angelo nunciante requireret. q̄ humiliter pbēs se ad obsequiū sedulam se ac promptam obtulit. d. Ecce ancila dñi. ¶ Ad rōnes in opposi. ¶ Ad primā rñdetur negādo ꝯñam. Et ad glo. Mat. i. rñdetur: q ea: de qbus est pphetia predestinationis: cōplent sine nostro arbitrio causante: sed nō sine nostro arbitrio consentiente. ¶ Ad scdam rñdetur negando ꝯñam. Et ratio est: q: nō erat determinate cadens sub fide ips incarnatiōis: et per quā virginez hoc esset implendum. Et ideo de hoc instruenda erat per annūciationē: incarnationē esse futuram: qd̄ antiquoꝝ fidei subiacebat: firmissima fide tenebat: s cū esset humilis: nō tam alta de se sapiebat. Et ideo super hoc erat instruenda. ¶ Ad

tertiaʒ rñdetur negãdo pñaʒ. Et rõ est: q2 locutio angeli nõ ex rõne humana psuasit: s ex omnipotẽtia diuina: cui fides maxime innitit. Dicit eni. Nõ erit impossibile apud deum omne verbũ. ¶ Ad quartã rñdetur negãdo pñaʒ. Et ratio est: q2 vt dicit Albertus: lʒ in ea habuasset per gratiaʒ: nõ tñ per corporalẽ pñtiam ad quã necessaria erat annũciatio rationibus assignatis.

Ad scdãm. q. sic ꝓceditur. Et videtur: q ista annũciatio nõ debuit fieri p angelũ. ¶ Primo sic. Supremis angelis fit reuelatio a deo imediate: vt dicit Dionysius. vij. Celc. Je. Sed mater dei est superior oibus angelis. Ergo nõ debuit sibi per angelũ annũciari incarnatiõis misteriũ: sed immediate a deo. ¶ Scdõ sic. Nullus potest annũciare: quod ignorat: Sʒ supremi angeli nõ plene cognouerũt incarnationis misterium vt dicit beatus Dio. ergo videtur: q per nullum angelũ conueniẽter potuit incarnatiõis misteriũ annũciari. ¶ Tertio. Maiora sunt per maiores nuncios annũcianda: Sed misteriũ incarnationis est maximũ inter oia alia: que per angelos sunt hominibus nũciata. Ergo videt: q si per aliquẽ angeluʒ annũciari debuit: per aliquẽ de supremo ordine debuit. Nõ ergo per Gabrielẽ: qui est de ordine penultimo. ¶ Jnoppo. est euangeliũ presens: vbi dicitur: q missus est angelus Gabriel. ¶ Rñdeo dicendũ sub certis cõclusionibus. Prima est: q cõueniens fuit matri dei annũciari per angelũ incarnatiõis misteriũ. Et hec cõuenientia colligitur ex tribus. Primo qa hoc cõgruebat virgini. Dicit enim Hierony. q angelis ẽ cognata virginitas. Unde decuit: vt ad virginẽ nũciandam angel9 mitteretur. Secũdo: q2 pditio humana ex hoc sumpsit initium: q2 dyabolus mulierẽ alloquutus est. Uñ vt dicit Beda aptũ apparet humane nature reparatiõis exordiũ: vt angelus mitteret ad virginẽ: partu cõsecrãdã diuino: q2 prima pditionis humane causa fuit. cũ serpẽs a diabolo mittebat ad mulierẽ spũ superbie decipiendã. Tertio: q2 ille annũciabat: qui ẽ rex hominũ: τ angelorũ: τ eius natiuitas: sicut in salutẽ hoiuʒ fuit ita τ in reparatione ruine angelice. Et ideo decuit: vt taʒ homines q̃ʒ angeli huic misterio ministeriũ exhiberent. Secũda ꝯclusio. Angelus nũcians nõ fuit de suprema ierarchia: nec de media: sed de infima. nec de p̃mo ordine eiusdem ierarchie: s de medio: q est ordo archangelorũ. Dicit autẽ Albertus in laudibus virginis Marie: q nõ mittitur angelus de maioribus: s fuit archangelus. Et hoc in honorationem beatissime virginis: q2 si aliquis de superioribus mitteretur: ab illo illuminari crederet. De minoribus ergo mittitur: vt ostendat q angelus ẽ tm̃ negocij ministerialis: et exterior delator. Deus autem per se ipsuʒ est negocij inuentor: τ inspirator: τ mentis ad consensuʒ inclinator. Hec Albertus. Tertia cõclusio. Cõueniens fuit vt angelus annũciãs visione corporali virgini appareret. Pʒ conclusio: q2 angelus annũciare venerat incarnationẽ filij dei. Uñ cõueniens fuit ad huius rei ostẽtationẽ vt inuisibilis creatura formaʒ assumeret: in qua visibiliter appareret. Tũ secũdo q2 sic cõgruũ certitudini eius: qd annũciabatur. Ea enim que sunt oculis subiecta: recti9 cõprehẽdimus: q̃ʒ ea: q imaginãtur. ¶ Ad rõn̄es in opposi. ¶ Ad primaʒ rñdetur negãdo pñam. Et rõ est: q2 lʒ beata virgo supior esset angelis: quãtũ ad dignitatem: ad quã diuinitus eligebat: tñ quãtum ad statũ pñtis vite inferior erat angelis: qa etiam ipse xps rõne passibilis vite modico ab angelis minoratus est: vt habet ad Hebreos. ij. Quia tñ xps fuit viator: τ cõprehẽsor: quãtũ ad cognitionem: nõ indigebat ab angelis instrui. Sʒ mater dei nõ erat in statu cõprehensoruʒ. iõ de diuino misterio per angelos instruenda erat. ¶ Ad secũdã rñdet: τ dicitur q angeli inferiores nõ penit9 misterium incarnationis ignorauerunt: sed quia nõ totam profunditatem diuini cõsilij

super saluté generis humani capere pote-
rát inquirebāt plenius edoceri. dicentes il
lud Ysa. lxiij. Quis est ille q venit ꝛc. ¶ Ad
tertiā rñdetur negādo ꝯñam. Et ratio est:
q: nō opoꝛtet: ꝙ nūcius equalis sit superioꝛi
tatis: sicut est res enūcianda: sed sufficit ꝙ
sit summus: non simpliciter super oēs oꝛdi-
nes: ꝫ summus respectu angeloꝝ. Ipse eni
fuit de oꝛdine archāgeloꝝ. Uñ ecclesia ar-
changelū eum nominat. Et hunc intellectū
videt habere Greg. cū dixit: ꝙ summū an
gelū venire dignū fuerat: qui summū oīum
nūciabat. Uñ ipse Gregoꝛius in omelia de
centū ouibus dicit: ꝙ archangeli dicūtur: q
summa annūciant. Pꝛeterea sicut dicit Al
bertus: si de superioꝛibus fuisset: crederet
ꝙ ab eo illuminaretur ꝛc. vt supꝛa positū ē.



D tertiā. q. sic ꝓcedit. Et vi
detur: ꝙ annūciatio non fue
rit cōueniēti oꝛdine pfecta.
¶ Dignitas enim matris de
pendet ex pꝛole cōcepta. Sꝫ
causa dꝫ pꝛius manifestari qꝫ effectus: ergo
pꝛimo debuit angelus virgini annūciare cō
ceptū ꝓlis: qꝫ eius dignitaté expꝛimere: eā
salutando. ¶ Scdō sic. Pꝛobatio: aut pꝛete
mitti debet in his: q dubia nō sunt: aut pmit
ti in his q dubia esse possunt. Sꝫ angelus
pmo videt annūciasse id: de quo vgo dubi
taret: ꝛ dubitādo qreret. d. quō fiet istud: ꝛ
postea ꝓbatōeꝫ adduxit tū exēplo Elisabeth.
tum ex dei oīpotentia: Ergo incōueniēti oꝛ
dine annūciatio per angelū ē facta. ¶ Ter
tio sic. Maius nō potest sufficienter proba
ri per minus. Sed maius sunt virginē pa-
rere: qꝫ vetulā. Ergo nō fuit sufficiens pro
batio angeli ꝓbantis cōceptū virginis ex
cōceptu senis. ¶ In oppo. est: quod dicitur
ad Ro. xiij. Que a deo sunt: oꝛdinata sunt.
Angelus aūt missus est a deo ad hoc: ꝙ v-
gini annūciaret vt dicitur Luce. i. Ergo oꝛ
dinatissime fuit annūciatio per angelū com
pleta. ¶ Rñdeo dicēdū: ꝙ annūciatio cō-
gruo oꝛdine per angelū est perfecta. Tria
enim intēdebat angelus circa virginē. Pꝛi
mo quidē reddere mētem eius attētam ad
tante rei cōsiderationē. Qđ qdem fecit eā
salutādo quadam noua: ꝛ insolita salutatiōe
in qua salutatione pꝛemisit idoneitateꝫ eius
ad cōceptū: in eo ꝙ dixit. Dominꝰ tecū. Et
pꝛenūciauit honoꝛem sequenté cum dixit.
Benedicta tu in mulieribus. Secūdo autē
intendebat eam instruere de misterio īcar-
nationis: quod in ea erat cōplendum. Qđ
qdem fecit pꝛenūciando cōceptū: ꝛ partum
dicens. Ecce cōcipies in vtero ꝛc. Et osten
dendo dignitatē ꝓlis cōcepte. cū dixit. Hic
erit magnus. Et in demōstrādo modū con
ceptionis. cum dixit: Spūs sanctus superue
niet in te. Tertio intendebat animū eiꝰ du-
cere ad cōsensum. Quod quidem fecit exē
plo Elisabet: ꝛ ratiōe ex diuina potētia sum
pta. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad pꝛimam
respōdetur negādo ꝯñam. Et ratio est: quia
aio humili nihil est mirabilius: qꝫ auditus
sue excellētie. Admiratio aūt maxime attē
tionē animi facit. Et ideo angelus volēs mē
tem virginis attentā reddere ad auditum
tanti misterij: ab eius laude incepit. ¶ Ad
secundam rñdetur: ꝙ rō nō procedit. q: vt
dicit Ambꝛosius beata virgo nō dubitauit
esse faciendū: sed quō fieri posset: inquirit.
Sed nec si beata virgo dubitauerit: qđ asse
rit Augustinus. Unde in libro de questiōi-
bꝰ veteris ꝛ noui testamēti ambigēti Ma
rie de cōceptu: possibilitatē angelus pdicat.
Sed quia talis dubitatio magis est admira
tiōis: qꝫ incredulitatis: ideo angelus pꝛoba
tionē inducit. nō ad auferendum incredulī-
tatē: sed remouēdum etiam admirationem.
¶ Ad tertiā respōdetur: ꝙ cōceptus steri-
lis inducitur: nō quasi sufficiens argumētū.
sed quasi quoddā figurale exēplū. Et ideo
ad cōfirmationē huius exempli: subdit ar-
gumentum efficax ex omnipotētia diuina.
¶ In festo bti Ambꝛosij ē euangeliū. Uigi
late ꝛc. Mat. xxiiij. Circa qđ pñrō ſ. se. q.
¶ Pꝛimo: vtrum liceat iniunctum epatū
omnino refutari: vel oio reniti canonice ele
ctiōi: vel pꝛouisioni de se facte. ¶ Secundo

utrum fidelis seruus et prudēs quē cōstituit dominus super familiam suam peccet mortaliter: si bona ecclesiastica que procurat nō largiatur pauperibus. ¶ Tertio: utrum Ambrosius bene fecit excōicādo imperatorē.



D primam. q. sic pceditur. Et videtur: q nō liceat iniūctū episcopatū: vel aliam prelaturam: oīo refutare: vel renūciare electiōi vel iniūctiōi. ¶ Primo sic. Nullus enim peccat: si meliora nolit deserere: ut minus bonis inhereat. Quom ergo amor dei premineat dilectioni proximi: et vita cōtemplatiua preferatur vite actiue. Ergo nō peccat ille. qui recusat omnino epatum. ¶ Secūdo sic. Dicit Grego. Valde difficile est: ut aliqs se purgatū possit cognoscere: nec dz aliquis nō purgatus sacra misteria adire. Si ergo nō sentiat se purgatum: quodcūqz episcopale iniungat officiū siue papatus: nō debz illud suscipere. ¶ In oppo. videtur esse euangeliū presens: ubi dicit. Beatus ille seruus: quē cum venerit dominus: inueniet sic facientem. ¶ In oppositum etiam est illud de beato Ambrosio cuius festum hodie colitur: qui mutato habitu a quibusdā mercatoribus obtinuit: ut in quodā dolio super ondrigā. i. currū de urbe duceretur: cuius portas die noctuqz vigiles propter eū obseruabant: q extra urbē positus: siluas petijt: latibula cauernarū requirēs: ibiqz tribus diebus latuit. Uerumtamē dum sollicite quereretur: colūna lucis prefulgida celo depēdēs p locū i quo latitabat apparuit. ¶ Rūdeo dicēdū iuxta sanctū Tho. in secūda secūde. q in assumptione episcopatus duo sunt cōsiderāda. Primo quidē qd deceat hominem appetere secundū ppriā volūtatem Secūdo quid deceat hominem facere ad voluntatē alterius Quantum ergo ad propriā volūtatem: cōuenit homini principaliter insistere proprie saluti: Sed q aliene saluti intendat: hoc conuenit homini ex dispositione alterius potestatem habentis. Unde sicut ad ordinē voluntatis pertinet: q aliquis proprio motu feratur: in hoc q aliorum gubernationi preferatur. ita etiam ad inordinationem voluntatis: q aliquis omnino contra superioris iniunctionem predictum gubernationis officium finaliter recusetur propter duo. Primo quidem: quia hoc repugnat caritati proximorum: quorum utilitati se debet aliqs exponere pro loco et tempore. Unde Augustinus dicit. xix. de ciuitate dei. q negocium iustū suscipiat necessitas caritatis. Secūdo quia hoc repugnat humilitati: per quā aliquis superiorum mandatis se subijcit. Unde Gregorius dicit in pastorali. Tūc ad dei oculos vera est humilitas. cum ad respuendum quod utiliter subire precipitur pertinax nō est. Et idem videtur dicendū de papatu: quia electio eius: est cōfirmatio. ¶ Ad rationes in oppositum ¶ Ad primam respondetur negādo consequentiam. Et ratio est: quia quāuis simpliciter et absolute: vita contemplatiua potior sit q̄z actiua: et amor dei q̄z dilectio proximi: tamen ex alia parte bonum multitudinis preferendū est bono vnius. Unde Augustinus dicit in verbis premissis. Nec ocium vestrum necessitati ecclesie preponatis: presertim cum hoc ad dilectionem dei pertineat: q aliquis ouibus Christi curam pastoralem impēdat. Unde super illud Joan. ultimo. Pasce oues meas: dicit Augustinus. Sic amoris officium est pascere gregem dominicum: sicut fuit timoris indicium negare pastorem. Similiter ratio non procedit: quia prelati non sic trāsferuntur ad vitam actiuam: ut contemplatiuam deserant. Unde Augustinus. xix. de ciuitate dei: q si imponatur sarcina pastoralis officij: nec sic deserenda est dilectio veritatis: que in contemplatione habet. ¶ Ad scdam rūdetur negando consequentiam. nisi impedimentum quod habet: non posset superior remouere sibi: utpote ex commūicationem: aut irregularitatem: aut ipsemet deserendo voluntatem peccandi. Si autem non potest: tūc nō tenet obedire alicui.



D secūdā q̄ queritur: vtrū fidelis seruus ⁊ prudēs: quē ↄstituit dn̄s super familiā suam. i. ep̄s vel prelatus peccz mortaliter: si bona ecclesiastica que ꝓcurat: non largiatur pauperibus. Et videtur ꝙ sic. Dicit enī: ꝙ Ambrosius exponēs illō Luc. xij. Hois cuiusdā diuitis vberes fructus attulit: nemo ꝓpriū dicat qd̄ est cōe: plus q̄ꝫ sufficiat sumptū violenter obtentū est. ⁊ postea subdit. nec minus est criminis habēti tollere: q̄ꝫ cū possis ⁊ abundas denegare idigētibus. Sed violēter tollere alienū: est peccm̄ mortale. Ergo ep̄s mortaliter peccat: si ea que ei superfluūt pauperibus nō largiatur. ¶ Secundo sic. Sup illud Isa. iij. Rapina pauperū in domo vr̄a dicit glo. Hieronymi. ꝙ bona ecclesiastica sunt pauperū. Sed quicūq̄ꝫ id qd̄ ē alterius sibi reseruat aut alijs dat: peccat mortaliter ⁊ tenet̄ ad restitutionē. Ergo si ep̄i bona ecclesiastica: que eis supfluūt: sibi retineāt: vel ↄsanguineis: vel amicis largiant̄: videt̄ ꝙ tenent̄ ad restitutionē. ¶ Tertio sic. Multo magis aliqs pōt de rebus ecclie ea que sunt sibi necessaria accipe: q̄ꝫ supflua ↄgregare. Sed Hieronym⁹ dicit in epistola ad Damasum papā. Clericos illos ↄuenit ecclesie stipendijs sustentari. quibus parentū vel ꝓpinquorū nulli suffragant̄. Qui autē bonis parētū: ⁊ opib⁹ sustentari pn̄t: si qd̄ pauperū accipiūt: sacrilegiū icurrunt. Ergo multo magis ep̄i mortaliter peccāt: si ea q̄ eis superfluūt de bonis ecclesiasticis: pauperibus nō largiant̄. ¶ In oppo. videt̄ euangelium. vbi dr̄. Ut det illis in tpe tritici mēsurā. Ergo nō debet platus qd̄ supfluit: semper dare paupib⁹: sed ꝑ tpe. s. necessitatis: ⁊ cū mensura: q: in illis rebus sūt exponenda superflua. Sed in opp. ē: q: plures ea q̄ supsunt: nō largiunt̄ pauperib⁹: sed expēdere vident̄ laudabiliter ad redditus ecclie ampliādos. ¶ Rn̄deo dōm iuxta sanctum Tho. in scd̄a scd̄e. ꝙ aliter ē dicēdū de proprijs bonis. que ep̄i possunt possidere. ⁊ d̄ bonis ecclesiasticis. Nā ꝓpriorū bonorū verū dn̄ium habēt. Unde ex ipsa rerū ↄditione nō obligant̄: vt eas ↄferant: sed pn̄t: vel sibi retinere: vel alijs ēt p̄o libitu elargiri. Possunt tamē in eaꝝ dispensatiōe peccare: vel ꝓpter iordinationē affectus: ꝑ quam ↄuenit ꝙ sibi plura ↄferant̄: q̄ꝫ oporteat: et ꝙ alijs subueniāt: qd̄ requirit debitū caritatis. nō tn̄ tenet̄ ad restitutionē: quia hmōi res sunt suo dn̄o deputate. sed ecclesiasticorū sunt dispensatores. Dicit enī Aug. ad Bonifaciū. Si priuatū possidemus qd̄ nobis sufficiat. nōnulla nostra sunt: sed illorū quorū ꝓcurationē gerimus: nō ꝓprietatē nobis vsurpatiōe dānabili vendicamus. Ad dispēsatorē aūt requirit̄ bona fides: vt notat̄ in pn̄ti euāgelio. cū dr̄ fidelis ⁊ prudēs ⁊c. j. Cor. iiij. Hic iā querit̄ iter dispēsatores: vt fidelis qs iueniat̄. Sūt aūt bona ecclesiastica: nō solū in vsus pauperū: sꝫ ēt ad cultū diuinū: ⁊ nc̄itates ministrorū. Unde dr̄. xij. q. ij. De reddituб⁹ ecclesie. Uel oblatiōe fidelium solo ep̄o ex his vna portio remittatur: due eccliaꝝ fabricio: ⁊ erogationi pauperū ꝓfuture: a p̄sbytero sub ꝑiculo sui ordinis ministrent̄. vltima clericis ꝑ singulorū meritis diuidat̄: Si ergo distincta sunt bona: q̄ debent̄ in vsuꝫ ep̄i cedere: ab his que sunt paupibus: ⁊ ministris: ⁊ cultui ecclesie erogāda. ⁊ aliqd̄ sibi retinuerit ep̄us de h. s: q̄ sūt paupibus erogāda. vel in vsuꝫ ministrorū: vel in cultū diuinū expēdenda: nō ē dubiū: ꝙ ↄtra fidē administratiōis agat ⁊ mortaliter peccat: ⁊ ad restitutionē tenet̄. De his aūt: que sūt spāliter suo vsui deputata: videt̄ eē eadē rō: q̄ ē de ꝓprijs bonis vt. s. ꝓpter imoderatū affectū: ⁊ vt peccz. Qd̄ si imoderate sibi retineat ⁊ alijs non subueniat: sicut reqrit̄ debitū caritatis. Si vō nō sint p̄dicta bona distincta: eorū distributio fidei eius attribuit̄. Et siqdē in modico deficiat: vel supabūdat: pōt hoc fieri absq̄ꝫ bone fidei detrimēto. q: nō pōt homo in talibus pūctualiter accipe id: qd̄ fieri oportet. Si vō sit multus excessus: nō pōt late-

re. Unde videt bone fidei repugnare. Et
ideo nõ ẽ absq3 aliquo pcõ mortali. ¶ Ad
rõnes in opp. ¶ Ad primã rñdet negan⸗
do consequentiã. Et ad dictũ Ambrosij re
spondetur: q non solũ est referendũ ad di
spensationẽ ecclesiasticarũ rerũ: sed quorũ⸗
cũq3 bonorum: ex qbus tenet aliquis debi
to caritatis pvidere necessitatẽ patiẽtibus
non põt tamen determinari quando sit ista
necessitas: que ad pcm̃ mortale obliget: si⸗
cut nec cetera particularia: que in humanis
actibus psiderant. Hoc.n. determinatio
relinquit humane prudentie. ¶ Ad scdam
rñdet negãdo pñam. Et rõ est: q: bona ec⸗
clesiarum non sunt expendenda solum ad
vsus pauperũ: sed ẽt in alios vsus: vt dcm̃
ẽ. Et ideo si de eo qd̃ vsui epi: vel alicu⁹
clerici est deputatũ: velit aliquis sibi subtra
here. ⁊ psanguineis: vel alijs dare: nõ pec⸗
cat: dũmodo id faciat moderate. i. si ĩdigeãt
non aũt vt inde ditiores fiant. Unñ Ambro
sius libro de officijs est approbãda liberali
tas: vt proximos seminis tui 'si egẽt cogno
scas: nõ tamẽ vt illi ditiores fieri velint: ex
eo q tu potes pferre iopibus. ¶ Ad terti
am rñdet negãdo psequentiam. Et rõ est:
q: nõ oĩa bona ecclesiaꝝ: sicut dictũ ẽ: sunt
pauperibus largiẽda: nisi forte in articulo
necessitatis: in qua ẽt pro redemptiõe capti
voꝝ: ⁊ alijs necessitatib⁹ pauperꝝ: vasa cul
tui diuino dicata distrahuntur. vt Ambrosi
us dicit. Et in tali necessitate peccaret cleri
cus si vellet de rebus ecclie viuere: dũmo
do haberet bona patrimonialia: de qb⁹ vi
uere possit. ¶ Ad quartã: q̃ fuit ex parte
opposita rñdetur: q bona ecclãrum vsib⁹
pauperũ deseruire debent. Et ideo si quis
necessitate nõ imminente pvidendi pauperi
bus de bis: q̃ supfluunt ex prouentibus ec⸗
clesiaruꝫ: possessiões emat: vel in thesauro
reponat in futurũ vtilitati ecclesie: ⁊ neces
sitatibus pauperũ laudabiliter facit. Si ṽo
necessitas ĩmineat pauperibus erogãdi su
perflua cura est ⁊ inordinata: vt ad futu⸗
rũ cõseruet: quod dñs prohibet. Mat. vj.
Nolite solliciti esse in crastinum.

a

Ad terciã. q. sic pcedit. Et videt
tur: q btũs Ambrosius nõ be⸗
ne fecit excõicando iperatorẽ.
¶ Primo sic: Regalis pote⸗
stas non est subdita spũali ptãti. Ergo ⁊c̃.
Consequẽtia est bona. Añs probat. Dicit
glo. super illõ. Ps. Tibi soli peccaui: quia
rex oĩbus est superior. Et iõ tantũ a deo q
est maior: est puniendus. Si qs de populo
peccauit: deo peccauit: ⁊ regi. Rex ṽo non
hꝫ hoiem q eius facta diiudicet. Ergo ptãs
spũalis nõ põt iudicare iperatorẽ vel regẽ.
Ergo Ambrosius nõ bene fecit in excõicã
do iperatorẽ: cũ nõ eẽt subiectus ei. ¶ Se
cundo sic. i. Petri. ij. dicit btũs Petrus.
Subditi estote oĩ humane creature pp̃ter
deũ: siue regi tanq̃ pcellẽti. Ergo si rex p⸗
cellit: non ẽ subiectus epõ. Et per pñs Am
brosius nõ potuit excõicare. ¶ Tertio sic.
Sacerdos in veteri testamẽto qd̃ fuit figu
ra nostri: in terrenis oĩbus subijciebat re⸗
gi. Ergo videt: q esset in nouo testamẽto.
¶ In opp. est euangeliũ pñs. vbi dicit: q
fidelis seruus ⁊ prudens est pstitutus sup
familiã dñi: idest prelatus sup eccliam. Sed
intra eccliam iperatores: ⁊ reges: ⁊ princi⸗
pes pnumerant cum alijs fidelibus: Ergo
ptãs spũalis est sup oẽꝫ terrenã. Et si supra:
põt corrigere: ⁊ punire. Et per pñs Am⸗
brosius bene fecit iperatorẽ deũ offenden⸗
tem: ⁊ eccliam: excõicare. ¶ Rño dõm: q
btũs Ambrosius potuit: ⁊ debuit excõica⸗
re iperatorẽ. Pro prima parte: q potuit ẽẽ
notãdũ: q ptãs spũalis supeminet ptãti se⸗
culari etiã regali: in duabus scꝫ dignitate ⁊
auctoritate. Dignitate quidẽ q: vt ait idem
Ambro. di. xcvj. c. duo sunt: aurũ nõ tã pre
ciosius ẽ plũbo: q̃ꝫ regia ptãte altior est or⸗
do sacerdotalis. Uidemus. n. colla regum
⁊ principũ submitti genibus sacerdotuꝫ: ⁊
ab eis benedici. Item Hugo de sancto vi⸗
ctore. Quantuꝫ vita spũaliuꝫ dignior est: q̃ꝫ
terrena: ⁊ spũs q̃ꝫ corpus: tantũ spũalis po
testas terrenam potestatem ⁊ secularẽꝫ ho

norem: et dignitatē precellit. Secūdo precellit auctoritate. Unde. xcvij. di. Constantinus: vbi dicitur. Utile iudicamus cū omnibus satrapis nostris: vt sicut btūs Petrus in terris vicarius filij dei videtur eē cōstitutus. ita pncipatus eius ptātem et auctoritatem amplius q̄ꝫ terrene iperialis nostre serenitatis mā̄suetudo habere vr̄. Uñ et tenentes frenū eq ipsi⁹ p reuerētia Petri subiectiōis officiū illi exhibuimus. Et iō dicit Hugo de scō victore. Spūalis ptās hꝫ iudicare terrenā ptātem: si bona nō fuerit. Qđ vo debuit facere. pꝫ qr vt dic̄ Ambrosi⁹ Imparator Theodosi⁹ fecit occidi. v. milia hoium: īter quos multi fuerūt inocētes. Unde cū iperator mediolanū venisset: et ecclīam intrare vellet: occurrit ei ad ianuam Ambrosius: et eū adituꝫ prohibuit. d. Cur imperator post cām tanti furoris non agnoscis molē tue p̄sumptiōis. Sed forte recognitionē peccati phibet ptās iperij: docet te vt vincat rō ptātēꝫ: princeps es. o. imperator. sed cōseruorꝫ: qbus ergo oculis aspicies cōis dñi templū: qbus calcabis pedibus sanctū pauimentū: quo manus extendes de quibus sanguis adhuc stillat: et cē.

¶ Ad rōes in oppo. ¶ Ad primā r̄ndet negando cōñam. Et ad glo. que dicit: q rex nō hꝫ hoiem: qui eius scā diiudicet. Facienda ē vis in hoc: q dicit: q nō hꝫ hominē. Spūlis eni ptās nō iudicat s̄m hoiem: vel s̄m humanā legē: sed inquātū possidet vicē dei. sicut dr̄ apl'is Mat. x: Qui vos audit: me audit. Et sicut dicit apostolus. ij. Corin. vij. Pro xp̄o legatione fugimur. et s̄m potestatem ad vindictā sp̄ualem nō corporalē sicut dr̄. ij. Can. vij. q regum est exercere corporalē penā. sacerdotū: spūalē iferre vindictam. Sicut eni iudex terrenus non sine causa gladiū portat: sicut dicit̄. Ro. xiij. ita non sine causa claues ecclīe sacerdotes accipiunt. Ille portat gladium ad vindictā malefactorum. ad laudem vo bonorꝫ. Isti claues habēt ad exclusionem excōicandorum: et reconsiliationem penitentiū. Expone ergo a deo nisi rex est puniendus: supple materiali pena. Et item cū dr̄: non hꝫ hominē: qui eius facta diiudicet supple ad corporalem penam iferēdam. Hec s̄m Alexandrū de ales. Nos diceremus q glo. loquit̄ pro tempore dicendum: in quo nō erat data potestas sp̄ualis: que data est in nouo testamēto. Illo eni tempore in tēporalib⁹ subiecta erat potestas sp̄ualis terrene potestati: vt infra dicetur. ¶ Ad scđam de canonica Petri: r̄ndetur negādo cōñam. Et rō est: qr cum dicitur: q rex precellit: intelligitur in suo ordine: respectu terrene ptātis in regno: nō in comparatione sp̄ualis. ¶ Ad tertiam respondetur negango cōñam. Et rō est: quia s̄m statuꝫ veteris legis: sacerdotalis potestas erat regali inferior: sed non s̄m statum noui testamenti. Sacerdotium enim veteris testamenti carnale erat: et per carnalem ppagationem succedebat: q̄uis esset ordinatū ad diuinū obsequiū. s. diuinū cultuꝫ: et figure sp̄ualis sacerdotij noui testamenti. quod non est per successionem carnalem. Propterea in illa pte: in qua carnale erat: et terrenū: subiectū erat terrene ptāti. s. regali. sic autem non est in nouo.

¶ In festo beati Uincētij magistri in theologia est euāgelium. Nemo accēdit et cē. Luce. xj. Circa quod possunt dis. se. q.

¶ Primo: vtrū doctus religiosus de ordine mēdicantiū cum perfectiōis statu possit gradum magistralem suscipere.

¶ Scđo: vtrū pōt sciri tempus aduentus xp̄i ad iudicium.

a Ad primā. q. vtrū doctus religiosus de ordine mendicātiū: cum perfectiōis statu possit gradum magistralē suscipere. Et videtur q non possit. Mat. xxi. prohibetur: vt discipuli non vocarentur magistri. d. Uos aūt nolite vocari rabi. Unus eniꝫ est magister vester. Ergo videtur phiberi ēt cē. ¶ Secūdo sic. Status perfectionis religiosi stat in paupertate: et humilitate. Sed status magistralis importat honoris statum: vt hec

glo. Mat. iiij. Ergo ⁊c. ¶ In oppo. est q sanctus Vincentius xpi confessor de ordine predicatorum: gradum suscepit magistralem: sine dispendio status sue perfectionis. ita sanctus Tho. ⁊ multi alij. Secundo arguitur ex presenti euangelio. s. vbi dicitur: q nemo accendit lucernam. ⁊ ponit sub modio sed super candelabrum. Sed doctus religiosus est sicut lucerna accensa ad illuminandum alios. Ergo nõ sub modio sȝ sup candelabrum ecclesie est ponendus: magistrali honore decoratus: vt qui ingrediuntur per eius magisterium lumen videant. ¶ Rñdeo dõm: q sicut tangit sanctus Tho. in libro: quem fecit contra impugnantes religionem: quidam dixerunt xpm de vitando magisterium dedisse consilium: ⁊ esse supererogationis opus. q religiosi tenentur ad illa: que sunt superogationis. Concludebãt ergo ex hoc: religiosum cum perfectiõis statu non posse suscipere gradum magistralem. quorum opinio multipliciter ostenditur falsa ⁊ erronea. Primo: quia quatuor precipui doctores ecclesie fuerunt religiosi. sicut patet Augustin⁹. Hieronym⁹. Gregor⁹. Ambrosi⁹. Secundo: quia falsum est q vitatio magisterij cadit sub consilio vel precepto. Abstinere enim ab illis actibus quibus excellens debetur premium sub cõsilio vel precepto cadere non potest. doctoribus autem sicut ⁊ expositoribus sacre scripture promittitur singulare premium. sicut virginibus ⁊ martyribus. Sicut ergo inconueniens esset dicere: q vitare virginitatem: vel martyrium: caderet sub consilio sic est inconueniens dicere: q vitare magisterium: cadat sub consilio: vel precepto. Tertio sic. Non potest dari preceptum vel consilium de eo: quod contrariatur precepto: vel consilio. Sed docere cadit sub precepto: vel consilio. vt patet Mat. vltimo. Euntes docete omnes gentes ⁊c. Et ad Gala. vj. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. vos qui spirituales estis: instruite illum. in spiritu bonitatis. Ergo in non docendo non potest esse consilium. Quarto: quia. consilia sunt primo per apostolos obseruata. Sed ipsi magisterium ⁊ doctoratum non vitarunt. Dicit enim Paulus. j. ad Thi. ij. Veritatem dico: non mentior: doctor gentium in fide ⁊ veritate. Quinto: dato q sub consilio caderet vitare magisterium. non tamen sequitur: q ad hoc omnes religiosi tenerentur. Non enim omnes qui perfectionis statum profitentur: ad omnia tenentur consilia. sed tantum ad ea: que ex voto se obligant. Dicendum est igitur: q religiosi magis q̃ alij seculares tenendo eorum perfectionis statum: possũt magisterij gradum suscipere. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio ẽ. quia licet christus prohibuerat omnib⁹ ambitionem magisterij ⁊ honoris. non tamen actum magisterij. Vnde Apostolus. i. Thi. ij. vocat se doctorem. dicẽs. Veritatem dico non mentior: doctor gentium in fide ⁊ veritate. Secundo respondetur: q intelligitur esse prohibitum ſm quis dicatur principalis magister. quia solus deus est principalis magister: qui docet omnem scientiam. ⁊ qui illuminat omnem hominem. Homo potest dici magister participatiue: ⁊ minus principaliter: qui tantum docet exterius: aliqua proponendo: ex quibus formantur fantasmata debita: a quibus intellectus agens facilius abstrahit speciem intelligibilem: sicut in sanatione hominis tñ agit principaliter. medicus vero ea administrat: ex quibus natura iuuatur. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est: q non interdicitur religiosis honor: qui debetur spiritualibus bonis. sed solum ille: qui consistit in rebus mundanis. Alias enim honor debeatur sacerdotio: ⁊ prelature. nec ad sacerdotium: nec ad prelaturam assumi possent. non ergo prohibetur honor magistralis cathedre: sed ambitio.



D scd̄am.q. vtrū pōt sciri tē pus aduentus xp̄i ad iudiciū sic pceditur. Et videt q̄ sic. ¶ Primo sic. Sicut enī sancti patres expectabant primū aduentū. ita nos secūdū expectamus. Sed sancti patres sciuerūt tp̄s aduentus primi: sicut per numerū ebdomadarū: que describūtur Danielis.ix. Ergo videt: q̄ ⁊ nobis est possibile scire tempus secūdi aduent⁹ determinatū. ¶ Scd̄o sic. Per signa deuenimus in cognitionē signatoꝝ. Sed de iudicio multa signa describūtur: Ergo in cognitionē illius temporis possumus deuenire. ¶ Tertio sic ꝭm August. in fine de ciuitate dei. sexta etas currit ab aduētu xp̄i: vsq₃ ad finē mūdi. Sed sciri pōt quātū precedētes etates durauerūt: Ergo sciri pōt quātū ista etas durare debeat: per cōparationem ad alias. ¶ Quarto sic. Magnū ⁊ paruum: diuturnū ⁊ breue: relatiue dicunt de vno: p cōparationē ad aliud. Sed tp̄s illud: qd̄ est ab aduentu Christi vsq₃ ad finē mūdi: dicit esse breue: vt patet. i. Cor. vij. Tp̄s breue ē. Et in eodem. x. Nos sumus: in quos fines seculoꝝ deuenerunt: ⁊. i. Jo. iiij. Nouissima hora est. Ergo hoc dicit p cōparationē ad tp̄s precedens. Ergo saltem hoc videt sciri posse: q̄ multo breuius est tp̄s ab aduentu xp̄i: vsq₃ ad finē mundi: q̄₃ a principio mūdi: vsq₃ ad xp̄m. Hoc arguitur: quia magister Vincentius cuius festum hodie agitur: videbat hoc asserere. ¶ In opposi. ē illud quod dicitur Math. xxiiij. de die ⁊ illa hora: nemo scit nec angeli celoꝝ. Secūdo sic. Si deberet aliq̄bus reuelari: pcipue reuelatū fuisset querētibus apostolis: q̄ doctores totius mundi instituebant: Sꝫ eis de finali aduentu dn̄i q̄rentibus responsum est. Ait enim. Nō est vestrū nosse tempora: vel momenta: que pater posuit in sua potestate: ergo multo minus ē alijs reuelatum. ¶ Rn̄deo dicēdū: sub ista pclusiōe: q̄ tp̄s determinatū futuri iudicij non pōt cognosci ab aliquo puro homine. A solo enim deo: ⁊ hoie xp̄o cognoscit. Probat enī ista pclusio intā scdm̄ Tho. in q̄stiōibus de potētia dei. q: duplex est modus quo possumus cognoscere futura. s. p cognitionē naturalē: ⁊ p reuelationē. Naturali qdē cognitione cognosci nō pōt determinate finis mundi. q: eius nō est alia cā nisi volūtas diuina: quā qdē cām naturali cognitiōe cognoscere nō possum⁹. Per reuelatiōeꝫ aūt lꝫ sciri posset: si d̄s vellet reuelare: nō tn̄ pgruū eēt: q̄ reuelaret nisi hoi xp̄o. Et hoc: q: finis mundi nō erat nisi cōpleto numero electoꝝ. cuius complemo est quedaꝫ executio totius diuine predestinationis. Unde non competit reuelationem fieri de fine mundi: nisi ei: cui fit reuelatio de tota predestinatione diuina scilicet homini Christo: per quem tota diuina predestinatio totius humani generis quodammodo impletur. Unde dicitur Jo. vij. Pater diligit filium: et omnia demōstrat ei: que ipse fecit. ¶ Ad ratiōes in oppositū. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est: quia non est simile de primo aduentu ⁊ secundo: quia primus aduentus Christi nobis parabat viam ad merendum per fidem ⁊ alias virtutes. Et ideo ex parte nostra requirebatur primi aduentus noticia: vt credendo in eum: qui venerat: et per eius gratiā mereri possem⁹. In secūdo aūt aduētu p̄mia reddent p iustis: ⁊ sic ex pte nr̄a nō req̄rit: qd agam⁹: aut qd cognoscam⁹: ꝭ qd recipiamus. Un̄ nō opꝫ cognoscere de trinitate tp̄s illius aduētus. ¶ Ad scd̄am rn̄detur negando pn̄am. Et rō est: q: illa signa posita sunt ad manifestādū: q̄ q̄n q₃ mūdus finiet: nō aūt ad manifestādū determinatū tp̄s: q̄n finiet. Ponunt aūt iter illa signa aliq̄: q̄ quasi a mūdi exordio fuerūt: sic̄ q̄ surget gēs p gētē: ⁊ q̄ terremot⁹ erūt p loca. Sꝫ instāte mūdi fine hec abūdātius eueniūt. Que aūt sit illa mēsura hoꝝ signoꝝ: q̄ an̄ finē mūdi erit: manifestū nobis eē n̄ pōt. ¶ Ad tertiā rn̄det negādo pn̄aꝫ. Et rō est: q: sicut dicit Augu. li. lxxxiij. q. vltima: etas mūdi cōparatur vltime etati ho-

minis: que de determinato nūero annoꝝ non diffinit: sicut alie etates diffiniunt. sed q̄n̄qꝫ tantū durat: q̄ztū sicut oēs alie: vel ēt amplius. Vn̄ ēt ista vltima etas nō pōt determinato annoꝝ ḡnationū nūero diffiniri ¶ Ad quartū r̄ndetur negādo ꝯñam. Et rō ē: q: ex hoc ꝙ dr̄ nouissima hora vel ex silibus locutiōibus: que in scriptura dicunt nō vr̄ aliqua determinata q̄ztitas tp̄is scir̄i. Non. n. illa sunt dc̄a ad significandū breuē horā ipsius tp̄is: sed ad significandū statū mūdi: q est quasi nouissima etas: q̄ q̄zto tp̄e duret: non est diffinitū. Non. n. legi euāgelice alius status succedet: qui ad p̄fectū adducat: sicut ip̄a succedit legi veteri: ꝛ lex vetus legi nature. ¶ Ad vltimū r̄ndetur: ꝙ magister sc̄ūs Vincētius non asserebat determinate finē mūdi. sed verisiliter propter scelera multa regnātia in mūdo: ꝛ propter frequētia signa asserebat breuiter eē.

¶ In festo Marci euāgeliste ē euāgeliū. Ego sum vitis ꝛc̄. Jo. xv. Circa quod possunt disputari se. q.

¶ Primo: vtrū qs fidelis potuit fructum aliquē afferre in p̄n̄ti vita: nisi in xp̄o vite vera mā̄serit: per fidē: ꝛ charitatē nō fictā.
¶ Scd̄o: vtrū btūs Marcus ꝯuenienter inter euāgelistas figura leonis sit designat⁹.
¶ Tertio. vtrū licitū fuit sc̄ō Marco sibi amputar̄ digitū: vt sacerdotio īdign⁹ h̄ret.

A D p̄mā. q. vtrū aliqs fidelis potuit fructū aliquē afferre in p̄n̄ti vita: nisi in xp̄o vite vera mā̄serit: p fidē: charitate nō ficta. sic ꝓcedit̄. Et videt̄ ꝙ sic. ¶ Prio: q: multi qui nō manent in xp̄o p caritatē: faciunt aliquos bonos actus: q sunt boni fructus. dū nudum vestiūt: famelicū pascūt. ieiunāt: ꝛ oratiōes faciūt. Ergo ꝛc̄. ¶ Secundo. Multi q nō manēt per caritatē in xp̄o: docēdo: ꝛ p̄dicādo: faciūt multiplicē fructū in ꝯuersiōe fideliū: vt pꝫ. Ergo ꝛc̄. ¶ Tertio sic. Ois schola docet: ꝙ op̄a extra caritatē ad multa valent: ꝛ videnr̄ mereri aliqd: saltē bona tp̄alia. q: sicut pena ad malū actū. ita se h̄ꝫ p̄emiū ad bonū. Sed nullū malū factū apud deū iustū iudicem est ipunitū. Ergo nec aliquod bonū irremuneratū. Ergo nō manēs in xp̄o p charitatē aliqd merebit̄ per bona que facit. Ergo ꝛc̄. ¶ In oppo. est euangelium p̄n̄s. ¶ R̄ndeo dōm: ꝙ xp̄s ad ostendendū: ꝙ necesse ē manere in eo per fidē ꝛ charitatatē: ad hoc vt qs valeat fructificare opera meritoria vite eterne: comparat se xp̄s per silitudinē viti: ꝛ fideles palminibus dicēdo. Ego sum vitis vera: ꝛ vos palmites. Quasi dicendo. Talis est cōparatio vestrū ad me: qualis palmitū ad vitē. De quibus palmitibus dicit̄ in Ps̄. Extendit palmites suos vsqꝫ ad mar̄. Dicit̄ aūt xp̄s vitis: nō solū q: est fons hūoris: ꝛ virtutis ad fructificādū: sed ēt vt dicit Albertus super Jo. q ministrat humorē eterni ꝛ sp̄ūalis gaudij. q cor letificat. q bonā spei libenter reddit. q seculi tristitiā pellit: q inebriando secularū obliuisci facit. q calorē caritatis ifūdit. Dicendū est ergo: ꝙ palmes nō pōt facere fructū nisi mā̄serit in vite. eo ꝙ fonte hūoris destitutus est. sic nec aliqs fidelis pōt sp̄ūaliter fructificare: nisi mā̄serit in xp̄o: humorē gr̄ae suscipiēs ab ip̄o. Qui v̄o manet in eo per caritatē hic fert fructū multū. Dicit aūt sc̄ūs Tho. sup Jo. ꝙ triplicē fructū fert in vita ista. Primus ē abstinere a p̄cīs. Je. xxvij. Hic ē ois fructus tollat̄ peccatū ꝛc̄. Secūdus ē vacare operibus sanctitatis. Ro. vj. Habebitis fructū vestrū in sanctificatiōe. ꝛc̄. Tertius fructus ē vacare edificatiōi alioꝝ. Ps̄. De fructu operū suoꝝ satiabit̄ terra. Fert ēt fructum quartū in vita eterna. Jo. iiij. Fructū ꝯgregat in vitam eternā. Hic est vltimus ꝛ p̄fectus fructus oium laboꝝ nostroꝝ. Sapiē. iij. Bonoꝝ laborū gl'iosus ē fruct⁹. ¶ Ad rōnes in opp. ¶ Ad p̄mā ꝛ sc̄dam ē vna respōsio: q: aliq in caritate nō existētes: possunt multa opera facere de genere bonoꝝ. Sunt tamen sine charitate īfructuosa quo ad meritū vite eterne: que solū diligētibus

deum repromittitur ſm illud Job.xxxvij. Annúciat de ea amico ſuo: q possessio ei⁹ ſit. Opera aũt que fiunt ſine caritate: infru ctuoſa ſunt quo ad hoc. Sapien.iij. Uacua eſt ſpes eorum: ⁊ labores ſine fructu. ¶ Ad tertiã põt eſſe eadem rñſio: q bona facta ſi ne caritate non ſunt meritoria vite eterne. Et iſta infructuoſa ſunt: quo ad illud: vt di ctũ eſt. Uel ſecundo rñdetur: q duplex dici tur meritũ. ſ. de condigno. ⁊ meritũ de con gruo. Meritũ de cõdigno dr actus: p quẽ efficitur: vt ipſe agens habeat debitum re cipiẽdi. Meritum de ↄgruo dr actus: per quẽ efficitur debitũ dandi in dante: ſm de centiã ipſius. Quoniam aũt in oibus illis: que gratis dantur prima rõ dandi ſit amor. im poſſibile eſt: q aliquis tale ſibi debitũ faci at: qui amicitia caret. Et iõ cum bona tẽpo ralia ⁊ eterna ex diuina liberalitate nobis donantur nullus acquirere poteſt debitum recipiẽdi aliqđ illorum niſi per caritatem ad deũ. Et ideo opera extra caritatem facta: nõ ſunt meritoria ex condigno: nec eterni nec tẽporalis alicuius boni apud deum. Sed q: diuinam bonitatẽ decet vt vbicũq3 diſpoſi tionem inuenit: perfectionẽ adijciat. Ideo ex merito cõgrui dicitur aliquis mereri ali qđ bonum per opera extra caritatẽ factã. Et ſm hoc opera iſta ad triplex bonũ va lent. ſ. ad temporaliũ conſecutionẽ. Ad diſ poſitionẽ: ad gratiam. ⁊ ad cõſuetudinẽ bo norum operum. Quia tñ hoc meritũ nõ pro prie dicitur meritũ: ideo magis conceden dum eſt: q huiuſmodi opera non ſint alicu ius meritoria: q̃3 q̃3 ſint.

D ſcđam. q. vtrũ btũs Mar

a cus conuenienter iter euãgeli

ſtas figura leonis ſit deſignat⁹.

¶ Et vr q nõ. quoniam beatus Marcus vt dr in vita ſua fuit humilimus ⁊ mitis. Sed hec nõ cõueniũt leoni: qui ſu pbus ⁊ ferox dicit. Ergo nõ ↄuenienter p leonem deſignat. ¶ Scđo. Beatus Mar cus ſcripſit de oib⁹ factis xpi: de quib⁹ alij euangeliſte. Ergo nõ magis debuit deſigna ri per leonẽ: q̃3 per aquilã: vel hoiẽm: vel bouẽ. ¶ In oppoſi. eſt illud Eze.i. Facies leonis a dextris ipſorum quatuor. ¶ Rñdeo dicẽdũ q beatus Marcus ↄuenienter deſi gnatus ⁊ figuratus eſt per leonẽ. Pro quo notandũ: q per quatuor facies quas vidit Ezechiel ꝓpheta in animali vno: deſignan tur quatuor euangeliſte: ſiue quatuor euãge lia ab eis deſcripta de dño noſtro ieſu xpo. Et ſicut in facie hois. deſignat euangelium Mathei: ſic in facie leonis deſignatur euã gelium Marci. Circa qđ ↄſiderãdũ ẽ q lʒ Marcus de oibus xpi factis ſcripſit: ſicut ⁊ alij. tñ ſpãliter verſatur: ⁊ imoratur circa reſurrectionẽ: ⁊ regnum xpi qđ aſſecutus eſt in ſua benedicta reſurrectiõe: ſm q di xit aplis imediate poſt reſurrectionẽ ſuam. Mat.xviij. Data ẽ mihi ois ptãs in celo ⁊ in terra. Qđ quidẽ regnũ p leonẽ cõue nienter deſignat: q eſt rex aialiũ: vt dic Iſi do. libro. Ethimologiarum.xij. Et ideo mate ria circa quã ſpãliter moratur: euãgelium Marci: deſignatur in noie leonis. Et hoc ꝓpter tria: que in reſurrectiõe xpi reperi untur: ⁊ ꝓprietatibus leonis aſſimulatur. Primũ ẽ reſurrectiõis efficiens principiũ qđ in alijs hoibus eſt extrinſecum. Sed in xpo fuit extrinſecũ: vt ſm q ipſe dicit Jo. x. Ptãtem habeo ponẽdi aiam meã: ⁊ ite rũ ſumẽdi eam: qui ꝓpria virtute ſurrexit. ⁊ ſilr hmõi in ꝓprietate leonis reperit. Dormit enĩ oculis aptis: vt dicit Iſidorus: vbi ſupra. Licet aũt caro xpi in ſepulchro dormierit per verã mortẽ: ⁊ aie ſeparationẽ. tñ diuinitas vtriq3 coniũcta vigilabat: ſm q dicit Cant. vij. Ego dormio: ⁊ cor meum vigilat: ꝓprietate ⁊ virtute hmõi diuinita tis: ſic vigilantis ſurrexit a ſomno mortis. Unde põt exponi: qđ dicit Jere.iiij. Aſcẽ dit leo de cubili ſuo. q: xps qui eſt leo de tri bu iuda: de ſepulchro aſcendit virtute pro pria. Secundo aſſimilatur leoni: ꝓpter tem pus ⁊ modum. q: reſurrectio xpi facta eſt poſt triduum: quod tñ accipitur per ſynec dochẽ. ita ſimiliter leo natus de nouo: tri

bus diebus dicitur dormire: sm Isidorum vbi supra: ⁊ postea fremitu ⁊ rugitu patris excitatur. sic xps post triduum dormitionis in sepulchro. virtute dei patris fuit excitatus a mortis somno: sm q dicitur Act.iij. Hunc deus suscitauit a mortuis ⁊c. Et ideo de hoc potest exponi illud Genesis.xlix. Catulus leonis iuda. Et sequitur Requiescés accubuit vt leo.s. in sepulchro. Et subditur. Quis suscitabit eum de somno mortis: post triduum. Ad quod potest responderi. Deus pater: vt pz ex predictis. Tertio assimilatur resurrectio leoni: propter affectuz imperum. q: licet xps ante resurrectionez humilis ⁊ subiectus apparuit. tamen in resurrectione sua dñium omnium optinuit sz q dicit Apostolus ad Phi.ij. Humiliauit semetipsum. factus obediens vsqz ad morté: mortem aút crucis. Propter quod ⁊ deus exaltauit eum. ⁊ donauit illi nomen quod é super omne nomen vt in nomine iesu omne genu flectatur: celestium: terrestrium: ⁊ infernorum ⁊c. In leone inuenitur huiusmodi similitudo: in quantum rex animaliú vt predictum est. Et hoc est quod dr Apo. vij. Uicit leo de tribu iuda: q: per suam benedictam passionem ⁊ resurrectionez subiecit sibi omnem creaturaz. ¶ Ad rões in opp. ¶ Ad primá rñdet negando ɔñam. Et ro é: q: hic non accipitur causa significationis: seu figurationis ex parte conditiõis persone designate per leonem. sed ex parte materie scripture: siue de qua loquitur in euágelio principaliter: siue specialiter. ¶ Ad secundam pz responsio: ad idem: q: ɔña non valet. q: licet euangelium Marci de omnibus factis xpi loquitur: tñ spáliter versatur circa resurrectioné xpi ⁊ regnú eius.

a

Ad tertiam questionem: qua q̄ritur: vtrum licitum fuit sancto Marco amputare digitum: vt sacerdotio indignus haberetur. Et videtur q sic. ¶ Primo sic. Ex ista historia sua in qua legitur: q sic fecit: ⁊ tamé non reprobatur de hoc. ¶ Secúdo sic. Occidere ipsum est magis qz mutilare. Sampson autem se interfecit: vt habetur Iudicum.xvj. ⁊ tamen numeratur inter sanctos ad Hebre.xi. Ergo licitum est mutilare se ipsum propter aliquam causam. ¶ Tertio sic. Minus bonum est contemnenduz propter conseruationem maioris boni. sicut ad conseruationem vite aliquis proiecit merces in mari. Sed virtus castitatis est ma⁹ bonum: qz membrum corporale. Ergo licite potest aliquis sibi scindere virilia ꝓpter conseruationem castitatis. ¶ In oppositú arguitur per illud quod di.lv. Si quis amputauerit sibi virilia: clericus non fiat: quia homicida sui est. ¶ Respondeo. Quelibz pars corporis ordinatur ad totum: cuius pars est. Et ideo de ipsa ordinandum é: prout respicit bonum totius corporis. Et vlterius: prout respicit bonum hominis: ⁊ communitatis. quia sicut pars corporis ordinatur ad totum corpus: sic corpus ad hominé cuius pars est: ⁊ vnus homo. ad totam cómunitatez. Igitur si membrum aliquod sit nociuum corpori: vtpote propter aliquam egritudinem: vel turpitudinem: est aliorum membrorum corruptiuum. tunc est conclusio prima: q licite potest abscindi ne inficiat alia membra. Et hoc ab eo: cuius est: si habeat. artem medicandi. vel ab alio de voluntate eius: quia cuilibet cómissa est cura salutis sui corporis. sicut ⁊ homicida ⁊ raptor per iudicem licite occiditur: ⁊ a cómunitate hominuz abscidittur: in quantum eius vita esset in nocumentum cómunitatis. quia iudic. bus cómittitur salus cómunitatis. Si autem membrum sit sanum: tunc est secunda conclusio: q regulariter non est licitum alicui seipsum mutilare. Et hoc probatur sic. Primo: q: homo naturaliter amat seipsum: ⁊ per ɔñs omnia: que sunt de integritate ipsius. Et ideo mutilare seipsum: est cótra charitatez: quá quilibet tenetur habere ad seipsuz. Secúdo sic. Nó sñter é ps communitatis. Ergo inferre sibi nocumétum p mutilationem est agere contra cóe bonuz.

Tertio. Deus est institutor nature: instituendo membra eius. Et ideo mutilans seipsum agit contra deum. Tertia conclusio: quod in casu licitum est. videlicet ex precepto dei occulto: quod dicitur instinctu spiritus sancti. Patet conclusio. quia deus est auctor nature: et dominus vite: et mortis humane. Et per consequens omnium membrorum. Et ideo: si precipit homini sibi auferre vitam: vel membrum aliquod: non solum licitum sed etiam debitum est hoc fieri. Et hoc modo dicit sanctus Tho. in secunda secunde. q. c. lxxxvij. ar. ij. quod credibile est: quod beatus Marcus hoc quod digitum sibi amputavit: ex instinctu spiritus sancti fecit: sine quo licet alicui sibi manus iniicere. Hoc modo sanctus Tho. ponit in secunda secunde. q. lxiiij. ar. vij. dicit Augu. j. de Civi. dei: quod non Sampson aliter excusatur: quod seipsum cum hostibus ruina domus oppressit: nisi quia latenter spiritus sanctus hoc iusserat. qui per illum miracula faciebat. Et eandem rationem assignat: de quibusdam sanctis feminis: tempore persecutionis que seipsas occiderunt. De quibus ecclesia memoriam facit. ¶ Ad rationes in contrarium. ¶ Ad primam de sancto Marco. ¶ Ad secundam de Sampson patet responsio ex dictis. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est: quia illud assumptum in maiori: ut dicit sanctus Tho. est intelligendum: quando aliter provideri non potest. quia saluti spirituali semper potest aliter subveniri quam per membri precisionem: quia peccatum subiacet voluntati. Et ideo in nullo casu licet membrum abscindere propter quodcumque peccatum vitandum. Unde Criso. exponens illud Mat. xix. sunt eunuchi: qui seipsos castraverunt propter regnum celorum dicit: non membrorum abscisione. sed malarum cogitationum interemptione. Maledictioni est obnoxius. qui membrum abscindit: et ei que homicidarum sunt: talis presumit.

¶ In festo sancti Petri martyris de ordine predicatorum est euangelium. Si quis vult post me etc. Mat. xvj. Circa quod possunt dis. se. q.

¶ Primo: utrum ad consecutionem eterne beatitudinis sit necesse abnegare semetipsum et tollere crucem suam: et sequi xpm.

¶ Secundo: utrum beatus Petrus martyr dicatur triplici aureola donatus.

D primam. q. utrum ad consecutionem eterne beatitudinis sit necesse abnegare semetipsum: et tollere crucem suam: et sequi xpm Et videtur: quod non. ¶ Primo sic. Ad consecutionem vite eterne necesse homo debet diligere seipsum. Ergo non abnegare. Consequentia videtur bona. quia ista duo videntur esse contraria. Antecedens est manifestum: quoniam si diligere proximum cadat sub precepto: illum diligere debeo: sicut meipsum. Ergo sub precepto cadit: ut quis seipsum ex caritate diligat. ¶ Secundo sic. Dicitur ad Ephe. Nemo unquam carnem suam odio habuit. Nam homo naturaliter diligit vitam suam corporalem. Ergo ad consecutionem vite eterne non est necessarium abnegare seipsum. ¶ Tertio sic. Mat. xj. dicitur. Iugum meum suave est: et onus meum leve. Sed hoc non videtur stare cum hoc: quod oporteat sumere crucem: ad consecutionem vite eterne. ¶ In opp. est euangelium presens. ¶ Respondeo dicendum: quod vera est sententia domini. Tria enim sunt: ut dicit Criso. ad eundem post xpm. Primum est abnegatio suiipsius: secundum partem sensibilem. i. voluptatum carnalium: et temporalium abnegatio. Secundum est crucis susceptio. Tertium est imitatio. Primum notatur cum dicit si quis vult post me venire abneget semetipsum. et dicit Criso. quod loquitur per similitudinem. ut si haberes filium: et videres eum male tractari: si non curares: tu abnegares sic si vis sequi passionem domini oportet te quod abneges te. i. pro nihilo reputes. Ps. Factus sum sicut homo non audiens et non habens in ore suo redargutiones. Secundum est ibi: et tollat crucem suam. i. paratus sit animo pati crucem: sive mori morte acerbissima et turpissima propter xpm: ut ipse pro te fecit. secundum illud morte turpissima condemnemus eum. Unde homo debet esse paratus pati: quan-

cũq3 mortẽ ,ppter deũ. Tertium tãgitur ibi ꝛ sequaꝛ me. Et ad hoc xp̃s ratione ĩducẽs subdit. Qui enim voluerit animã suã saluã facere ꝑdet eã. Hoc autez põt dupliciter intelligi. Perdere eni põt habere duplicẽ significationẽ. Uno modo idẽ est: q amittere. Et in isto sensu cũ dicit perdet eã: subintelligendum est: in alia vita. Quasi diceret. Qui voluerit aĩaz suã saluã facere .i. delitijs ꝛ voluptatibus occupare in hac vita: quia hoc ẽ vitã suã saluare: ſm opinionẽ carnaliũ: ꝛ talis ꝑdet eã in alia vita: q: obligat eã ad penã inferni. Alio mõ ꝑdere idẽ ẽ: q destruere: Et tũc cũ dicitur ꝑdet eã subintelligiꝛ in hac vita. Et ẽ sensus. Qui voluerit aĩam suã saluã facere: quãtũ ad meritũ vite eterne: ipse ꝑdet eã .i. destruet: corpus laboribus ꝛ passionib⁹ exponendo. Ex qbus sequitur sepatio aĩe a corpore. Et hoc est aĩaz ꝑdere ſm estimationẽ falsaz carnaliũ. licz sit saluare eã scd̃m veritatẽ. Et scd̃m hunc vltimũ sensum sequitur. Qui aũt ꝑdiderit aĩam suã ,ppter me .i. ,ppter deũ: mortẽ sustinẽdo ipse inueniet eã in beatitudine deo fruẽdo. ¶ Ad rõnes in opposi. ¶ Ad p̃mã: rñdetur negãdo ꝯñam. q: abnegare seipsũ ſm exteriorez siue sensibilẽ naturã nõ obtẽperãdo in his: q repugnãt rõni: nõ ẽ ꝯtrariũ ei: qd̃ est diligere seipsuz. vt ẽ ꝓceptũ: q: hoc ĩtelligiꝛ scd̃m naturã rõnalẽ: vt .s. hõ velit sibi bona: q ꝑtinẽt ad ꝑfectiõem rõnis. Amare autẽ seipsum ſm naturã sensibilẽ sibi obtẽperãdo: nõ est vere amare seipsuz ex caritate: ,ppter qd̃ diligere seipsuz naturã exteriorẽ in his: q repugnãt rõni: ẽ vituperabile. Unñ .ij. Thi. dr̃: q in nouissimis dieb⁹ instabunt tp̃a periculosa: ꝛ erũt hoĩes amãtes seipsos. Sz in his in qbus natura exterior: interior cõcordat: ẽ laudabile. Unñ hoc ẽ abnegare semetipsuz .i. affectũ humanuz nõ seq: ſz refrenare: ꝛ subiugare rõi. ¶ Ad secũdã rñdeꝛ negãdo ꝯñam. Et rõ est: q: nõ dicim⁹ q ad ꝯsecutionẽ vite eterne debeamus nos ĩterficere: aut destruam⁹ naturaz: q: nemo carnez suã odio habuit ad Ephe. vij. ſz abnegam⁹ nos .s. sensibilẽ nãm in his q repugnãt ꝛ ꝯtrariantꝛ rõi. vel q: retardãt nos a cõsecutiõe bonoꝝ spũaliũ: refrenem⁹ ꝛ humiliem⁹ rõi: sicut dic. Apostol⁹ .i. Cor. xix. Castigo corpus meũ: ꝛ in ſuitutẽ redigo ꝛc. ¶ Ad tertiã rñdeꝛ negãdo ꝯñaz. Et rõ est. q: lex xp̃i diciꝛ iugũ suaue: ꝛ onus leue diligentibus: q: vt dicit Augu. amor oĩa leuia facit: ꝛ amãti nihil ẽ difficile. Nec hoc repugnat ei: q hõ aĩo sit parat⁹ suscipe mortẽ ꝑꝑ xp̃m: si fuerit expediẽs. Uel crux: de qua ibi: mortificatio carnis: de q Apostolus ad Gala. vij. Qui aũt xp̃i sunt .i. qui spũm dei hñt: carnẽ suã crucifixerũt cũ vicijs: ꝛ cõcupiscentijs suis. passionib⁹ qbus aĩa inclinaꝛ ad peccãdũ. Et q: tales ad hec opa mouenꝛ ex deuotiõe ad xp̃m crucifixũ. idõ signanꝛ dicit Apostol⁹. Crucifixerũt .i. xp̃o crucifixo se ꝯformauerũt affligẽdo carnẽ suã. Unñ ad Gala. ij. dicit Apostolus: vt deo viuã xp̃o: crucifixus sum cruci.

Ad scd̃am. q. q btũs Petr⁹ martir dr̃ triplici aureola dotatus: q: virgo: q: ꝑdicator: siue doctor: q: martir. Queriꝛ vtrũ iste tres aureole ĩ beato Petro martire fuerit eq̃les. ¶ Et dr̃ q nõ: q: aureola ꝟginitatis vr̃ eẽ maior inꝛ alias. Dicit eni Ciprian⁹ de ꝟginibus loquẽs: q illustrior sit portio gregis xp̃i. ¶ Scd̃o. Alijs vr̃: q aureola martirij sit maior. Et hoc dic Beda. ¶ Rñdeo dicẽdũ: q tres aureole in beato Petro nõ fuerũt eq̃les: ꝛ q simpliciꝛ loquẽdo aureola debita: q: martir excellentior ceteris. Pro quo notãdũ iuxta sanc. Tho. in iiij. di. xix. q ꝑeminẽtia aureole: ad aureolã dupliciꝛ põt attẽdi. p̃rio ex pte pugne: vt dicaꝛ aureola potior: q fortiori pugne debeꝛ. Et ꝑ hũc modũ aureola martirꝫ: alijs aureolis supeminet quodãmõ: ꝛ aureola ꝟginitaz alio mõ: pugna. n. martirꝫ ẽ fortior ſm seipsuz ꝛ vehemẽti⁹ affligẽs: ſz pugna carnis ẽ ꝑiculosior inq̃ntũ ẽ diuturnior: ꝛ magis nobis iminet e vicino. Scd̃o ex pte eoꝝ: de qb⁹ ẽ pugna: ꝛ sic aureola doctoꝝ inꝛ oẽs est po-

tio:q: hmôi pugna vsaꝼ circa opera intelli
gibilia: alie vo pugne circa sensibiles pas-
siões. Eminētia q̇ attendiꝼ ex pte pugne: est
aureolis essentialior: q: aureola ſm ꝓpꝛiaꝫ
rōné respicit victoriá ꝛ pugnā. Difficultas
etiá pugne q̇ attendiꝼ ex parte ipsi⁹ pugne:
ē potior: qꝫ illa q̄ attendiꝼ ex parte nostri: in
quātū ē nob vicinior. Et iō simplicit loquē
do: aureola martiꝝ int oēs est potior. Et iō
dr̄ Mat.v. q i octaua btitudine ꝛc. q̇ ad
martires pertinet. scꝫ btī q pſecutioné patiū
tur: oēs alij perficiunꝼ. Propt hoc etiá ec-
clesia in cōnumeratiōe sctōꝝ: martires do-
ctorib⁹: ꝛ vginib⁹ ꝓordināt. Sꝫ q̄ntū ad ali
qd nihil ꝓhibet alias aureolas excellentio-
res esse. Et per hoc pꝫ rn̄sio ad obiecta.

¶ In festo apostoloꝝ philippi ꝛ Jacobi ē
euāgeliū. In illo tpe dixit ꝛc. Nō turbetur
coꝛ vestrū. Jo.xiij. possunt disputari se.q.
¶ Primo: vtꝝ explicite credē misteriū in
carnatiōis xpi sit de necessitate salutis. ¶ Se
cūdo: vtꝝ credē explicite trinitatē diuinaꝝ
psonaꝝ sit de necessitate salutis. ¶ Tertio:
vtrū pōt cognosci vna diuinaꝝ personarū:
nō cognita alia.

AD pmā.q. sic procediꝼ. Et vr̄
q explicite credē misteriū in
carnatiōis xpi sit de necessita
te salutis. ¶ Pmo sic. Nō eni
teneꝼ hō credē ea: q̄ angeli ignorāt: q: expli
catio fidei sit per reuelatiōeꝫ diuiná: q̇ per-
uenit ad hoies mediantib⁹ angelis: vt dicit
Diony.iiij.ce.Jerar. Sꝫ angeli misteriū in
carnatiōis ignorauerūt: vt di̇ē Dio. expo-
nēs illō Isa.lxiij. Quis ē: q venit de edon.
ergo angeli nō tenebanꝼ de hoc hēre fideꝫ
explicitá. ¶ Scdo sic. Sic dicit Dio. viij.
ce.Je. multi etiá de gētilib⁹ an̄ aduentū xpi
saluati sūt. Sꝫ illi nō hēbant fidē explicitam
d redēptoꝛe: q: reuelatio eis nō erat fcā. Er
go ꝛc. ¶ Tertio sic. Aduēt⁹ redēptiōis nō
est d dictamine legis nālis. Sꝫ q erāt i lege
nāli saluabanꝼ: iplētes ea q̇ erāt de dictami
ne legis nālis. Ergo ꝛc. Sꝫ in opp. ē euāge
liū in q̇ xps reprehēdēdo Tho. dicētē dn̄e ne
scim⁹ q̇ vadis: ꝛ viá q̄mo scire possum⁹? ibi
rn̄dens ait. Ego suꝫ via. Et nemo venit ad
patrē: nisi p me. s. i me credēdo: ꝛ mea ope-
ra imitādo. In quo tāgit misteriū icarnatio
nis. ¶ Rn̄deo sic. Illō ꝓpe ꝛ per se ptinet
ad obiectū fidei: p qd hō btitudinē ꝯsequiꝼ.
Via aūt hoib⁹ veniēdi ad btitudinē: est mi
steriū incarnatiōis: ꝛ passiōis xpi. Diciꝼ.n.
Act.iiij. Nō ē aliō nom datū hoibus: i quo
opoꝛteat nos saluos fieri: ergo necessariuꝫ
erat ad salutē: hēre fidē misterij icarnatiōis.
Ad quá fidē diuersimode sc: ēt gen⁹ hūanū
ſꝫ diuersa tpa. In pmo.n. statu an̄ pctm non
opoꝛtebat: ab aliq̇ hoie hēre fidē explicitaꝫ
de icarnatiōis miste. io: ſꝫ qd oꝛdinabaꝼ ad
libatiōeꝫ a pctō. Ista ꝯclusio pꝫ: q: nōdū ser
uit⁹ erat inducta ſꝫ sufficiebat hēre fideꝫ ex
plicitá i cognitiōe dei: vt.s. hō credēt: q deo
ei ꝓuidēt i eis: q̇ necessaria eēnt ei ad salu-
tē. In scdo aūt statu post pctm an̄ aduentuꝫ
xpi: qdaꝫ hēbát fidē explicitá d redēptoꝛe:
qb⁹ reuelatio fcā erat: q maioꝛes dicebanꝼ
qdā: vt minoꝛes: fidē iplicitá hēbant in fide
maioꝝ. Vn̄ eis sacramētū redēptiōis sub fi-
gnis sacrificioꝝ ꝓponebaꝼ. In statu āt post
aduētū xpi: q: iā misteriū redēptiōis ipletū
erat coꝛpoꝛalit: ꝛ visibilit: ꝛ pdicatū oēs tā
maioꝛes: qꝫ minoꝛes tenenꝼ ad explicite cre
dendū. ꝓcipue q̄ntū ad ea q̇ cōiter i ecclesia
solēnizanꝼ: ꝛ publice ꝓponunꝼ: sic sunt arti
culi icarnatiōis. Alias aūt subtiles ꝯsidera-
tiōes circa icarnatiōis articulos: tenenꝼ aliq
magis vel min⁹ explicite credē: ſm q cōue
nit statui ꝛ offō vniuscuiusqꝫ. ¶ Ad rōes in
opp. ¶ Ad primá rn̄deꝼ: q āgeli pmit⁹ de
icarnatiōis misterio edocti sūt: qꝫ hoies: vt
dic Dio. c.iiij. ce. Jer. q̄ntū ad ipaꝫ subam
ei⁹: qd credēdū ē: qꝫuis n̄ q̄ntū ad oēs circū
stātias oiuꝫ articuloꝝ: q̄s postea reb⁹ eueni
entib⁹ cognouerūt. ¶ Ad scdam rn̄deꝼ: q
rō nō ꝓcedit. Tū pmo q: multis gentilib⁹ re
uelatio fcā fuit: sic pꝫ p ea: q pdixerūt. Naꝫ
Job dr̄.xix. Scio q redēptoꝛ me⁹ viuit. Si
billa etiá ꝓnūciauit aliq̇ d xpo vt Aug. dic.
Tū scdo: q: si aliq saluati sunt: qb⁹ nō erat

ctā reuelatio: nō fuerūt saluati absq3 fide me
diatoris: q2 ⁊ si nō habuerūt fidē explicitā
habuerūt iplicitā i diuina ꝓuidentia: credētes
deū eē libatorē hoim: ſm modos sibi placi
tos: ⁊ ſ3 ꝙ aliqb9 veritatē cognoscētib9 ipse
reuelasset: ſ3 illō Jo.xxxviij. Qui docet nos
sup iumta terre. ¶ Ad tertiā rñdetur negā
do ꝯñaȝ. Et rō ē: q2 ꝗ3cq3 ad cognitiōe3 mi-
sterij icarnatiōis nō sufficēt: ꝑ se nā sufficie
bat: nō cū lege scripta: aū legez vero adiun-
etam per gratiam.

a D scḋam. q. sic ꝓcedit. Et vr: ꝙ
credē explicite trinitatē diuinarū
ꝑsonaꝝ nō sit de necessitate salutȝ. ¶ Primo
sic. Dicit. n. Apostol9 ad Hebre. xi. Credē
oꝫ accedētē ad deū: q2 ē. Ergo vr: ꝙ nō opo:
tet credē distinctiōe3 ꝑsonarū. ¶ Scḋo sic.
Cognitio fidei ē necessaria: inq̄ntū nos i fi
ne3 dirigit. S3 ds est finis nr: inq̄ntū ē sum
mū bonū: qḋ ad essentiā ptinet: Ergo vr: ꝙ
sufficiebat d deo credē eēntialia. ¶ Tertio
Sacra scriptura est regula fidei: S3 in scri
ptura veteris testi nō fuit scā exp̄ssa mētio
de trinitate. Ergo nō erat necessariū credē il
lā. ¶ In opp. ē euāgeliū pñs vbi xp̄s resp-
ondēs philippū ait. Tāto tp̄e vobiscū sum:
⁊ nō cognouistis me? Philippe q videt me
videt ⁊ patrē meū. Nō credis ꝙ ego i pr̄e
⁊ pr̄ in me ē? ¶ Rñdeo dicēdū: ꝙ post tp̄s
grē diuulgate tenemur explicite ad creden-
dū misteriū trinitatȝ. Ista ꝯclusio sic dclara
tur. Misteriū xp̄i explicite credi nō pōt: si-
ne fide trinitatȝ: q2 i misterio xp̄i hoc ꝯtinet
ꝙ fili9 dei carnē assumpsit. Itē ꝙ per grām
spūs scī mundū renouauit. Et iteꝝ: ꝙ d spū
scō ꝯcept9 fuerit: ⁊ iō eo mō q misteriū xp̄i
añ xp̄m: fuit qdē explicite creditū a maiori-
b9: iplicite aūt: ⁊ q̄si obūbrate a minorib9 ita
etiā misteriū trinitatȝ. Et iō post tp̄s grē di-
uulgate: tenent oēs: sic dictū ē: ad credēdū
misteriū trinitatȝ: ⁊ oēs q renascunt in xp̄o:
hoc adipiscunt per inuocatiōe3 trinitatȝ: ſm
illud Mat. viii. Eūtes docete oēs gētes ba
ptizantes eos i noie: pr̄is: ⁊ filij: ⁊ spūs scī.
¶ Ad rōes in oppo. ¶ Ad p̄mā rñdetur
negādo ꝯñam. Et rō. ē: q2 Apostol9 posuit
illa: q oportuit explicite credē de deo oi tp̄e
⁊ q ad oēs. ¶ Ad scḋam rñdetur negādo
ꝯñaȝ. Et rō ē: q2 ad dirigendū in finē: nō so
lū oꝫ cognoscē finē: ſ3 ea sine qb9 in finē di
rigi nō pōt: ⁊ iō oꝫ hr̄e explicitā fidez. non
tm̄ de fine: ſ3 etiā d misterio trinitatȝ. q2 sine
diuinaꝝ ꝑsonaꝝ missiōe: i finez btitudis veni
ri nō pōt. ¶ Ad tertiā rñdet vno mō negā
do minorē: q2 i veteri testō multiplicit ē ex
p̄ssa trinitas personaꝝ: sic statī in p̄ncipio
Geñ. vbi ad exp̄ssionem trinitatȝ dr. Facia
m9 hoiez ad imaginē: ⁊ similitudinē nr̄am.
Tū scḋo q2 nō erat necessariū: vt explicite
oēs cognoscerēt misteriū trinitatȝ. Iō nō fuit
positū misteriū trinitatis manifeste in vete
ri testamento: sed velate: vt sapientes crede
re possent.

a D tertiaȝ. q. sic ꝓcedit. Et dr ꝙ
vna ꝑsonaꝝ pōt cognosci alia nō
cognita. ¶ Primo sic. Eēntia di-
uinitatȝ pōt cognosci nō cognita distinctione
ꝑsonaꝝ: sic cognoscebāt phi: ergo etiaȝ vna
ꝑsona: alia nō cognita. ¶ Scḋo sic. Discipu
li hēbant noticiaȝ de xp̄o: ⁊ tñ nō hēbant d
pr̄e. Vñ dic Philipp9 oñde nob patreȝ: et
sufficit nobis. ¶ Tertio sic. Diue persone
hñt distinctos articulos: ⁊ p ꝯñs distinctas
cognitiōes: Ergo vna pōt cognosci: alia nō
cognita. ¶ In oppo. est euangeliū pñs vbi
xp̄s ait. Si cognouissetis me: ⁊ patrē meū
vtiq3 cognouissetis: Et infra. Tāto tempore
vobiscū sum ⁊ nō cognouistis me? Philip
pe qui videt me: videt ⁊ patreȝ meū. Quo
modo tu dicis: ostende nobis patrem? Nō
credis quia ego in patre: ⁊ pater in me est?
¶ Respondeo dicendum: ꝙ quia verba
huiusmodi euangelij sunt aliqua obscura:
sunt aliqua notanda: pro eius intelligētia. P̄
mo notandum: ꝙ ſm Augustinū inter di
scipulos aliqui erant: qui etiam christū ſm
ꝙ erat verbum dei: cognoscebant: quoꝝ
vnus erat Petrus: qui dixit. Tu es Chri
stus filius dei viui. Math. xvi. Alij erant:
q eū vere non cognoscebāt. int quos erat

Philipp⁹. Quãtum ad ꝑmos dixit. Quo
ego vado vos scitꝭ. Quãtũ ꝟo ad scđos di
xit. Nõ cognouistis me. Scđo notãdum: ꝙ
xp̃s dupliciter cognosci poterat. Uel ẜm hu/
manã nãꝫ: ⁊ sic oẽs sciebãt. Et q̃ntũ ad hoc
dixit. Quo ego vado: vos scitꝭ: q: vado ad
patrẽ: quẽ scitꝭ: ꝑ me vobis maĩfestatũ. Uia
aũt ꝑ quã vado: ego suꝫ: quã scitꝭ. Scđo põt
cognosci ẜm diuinã nãm: ⁊ ẜm hãc dicit: et
nõ cognouistis me. Tertio notãdũ: ꝙ nõ est
incõueniẽs: ꝙ vnũ ⁊ idẽ sciri ⁊ ignorari di
uersimode põt. Cognitio. n. humana ꝓcedit
de ipfecto ad ꝑfectũ. vt hẽtur ꝑmo Phisico
rũ: ⁊ iõ illud qđ scit̃ i gñali: ⁊ ꝯfuse: bñ igno
rat̃ i ꝑticulari: ⁊ determinate. Si erat in ꝓ/
posito: q: xp̃i doctrina i quodã gñali ⁊ ꝯfu
so acceperant. Et sic dic̃ xp̃s: eos scire. De/
terminate aũt ⁊ ꝑfecte adhuc nesciebãt. Et
sic Tho. negauit se scire. Propt̃ qđ xp̃s ex
plicat magis i ꝑticulari. Ego suꝫ via: ẜm hu
manitatẽ: q: illa: q gessit in humanitate: sunt
via ꝑducens nos ad gloriã: ⁊ sic vtriqꝫ di/
xit veꝝ: vt dic̃ Albert⁹: xp̃s. n. dixerat: ꝙ se:
q via erat: nouerãt. Tho. aũt negat: q: licet
xp̃m nouerat. tñ de xp̃o sub intẽtiõe vie du
bitabat: ⁊ q̃rit. Sic: q nescit xp̃m: nõ opꝫ ꝙ
cognoscat eũ sub forma veniẽtis. sic ergo di
cit. Nescim⁹ quo vadis: q: lꝫ ꝙ ad p̃ris bti
tudinẽ vadis nõ tñ scim⁹ patrẽ sub rõe ter/
mini: fuĩc finis vie tue: ⁊ iõ nescim⁹ quo va
dis. Dic̃ Jesus. Ecce illuminatio dubitatio
nis. Ego suꝫ via: ꝟitas: ⁊ vita. Uia ꝑ me vt
certũ exẽplũ ꝟtutꝭ trãsitus. ego sum ꝟitas. i.
doctrina in q̃cũqꝫ deuiat̃. Hoc intẽdit ita
vt dic̃ Albert⁹: ꝙ sit via ꝯueniens ꝓbat di
cẽs. Nemo venit ad patrẽ nisi ꝑ me ducen
tẽ: sic via ducit: q: nec ad cognitionẽ patris
venit: nisi ꝑ me. Jo. i. Unigenit⁹ q est i sinu
patris ipse enarrabit: ⁊ dans certã termini
vie ďmõstrationẽ: subiũgit dicẽs. Si cogno
uissetꝭ me ẜm diuinitatẽ quã in opib⁹ ⁊ ope
rũ meoꝝ cognoscẽ facile potuistis ⁊ patreꝫ
meũ: q vn⁹ i deitate mecũ ẽ: cognouiscetis
vtriqꝫ: q: nostra opa indiuisa sunt: sic̃ idiuisa
ẽ virt⁹ ⁊ substãtia: q operamur. Amodo co

gnoscetꝭ eũ. accepto spũ sancto: post resurre
ctionẽ ⁊ ascẽsionẽ meã: q reuelabit vobꝭ oĩa
q dixi vobis. Jo. xvi. Quom venerit ꝑacli
tus: quẽ ego mittã ⁊c̃. ille docebit vobꝭ oĩa:
⁊c̃. Et vidistis eũ: q: videndo me: in quo ẽ
diuina nã: q ẽ ideꝫ: ꝙ pat. vidistis eũ. Qui
eñi misit me: mecũ est. Joãnis. viij. Conse/
quent̃ seqtur dubitatio Philippi: q orit̃ ex
ꝑcedẽti. q. d. ex quo dicis patrẽ eẽ deuꝫ: ad
quẽ vadis ⁊ in quo ẽ termin⁹ nostre btitudi
nis. Ostẽde nobis patrẽ: ⁊ sufficit nobis. Ac
si dicat: ⁊ si nihil vltra q̃rit̃. hoc dixit Phi
lippus: q: patrẽ in rõne patris nõ nouit: licꝫ
in rõne dei. Philippus eñi rudis fuit vt di
cit Albert⁹: q: lꝫ cognouerit deũ i rõne dei.
nõ tñ cognouit sub distinctiõe ꝑsonaꝝ: ⁊ in
digebat illuminatiõe ampliori: ⁊ illã xp̃s sic
doctoribus exhibet dicendo: Philippũ re
darguẽdo: tanto tpe vobiscũ suꝫ: ostendens
vobis viaꝫ: ⁊ patris opatiõẽ: ⁊ ꝟtutem et
substãtiaꝫ: ⁊ ꝑ illa nõ cognouistis me. Ac si
diceret Mirũ est valde: q: q videt me: vi/
det ⁊ patrẽ meũ. s. scđm diuinitatẽ. Et ideo
miꝝ: q: hoc totiẽs a me auditũ nõ cognoui
stis. Surgit q̃stio: q est: ꝙ tãto tpe perfecte
nõ cognouerũt xp̃m. Rñdet̃ iuxta Alber/
tũ super Jo. ꝙ iõ: q: oculi eoꝝ tenebant̃ ve
lamine carnis: ⁊ infirmitatis xp̃i: quo semp
cogebant̃ dubitare: q: ⁊ Petr⁹ aliqñ se cõ
fitebat̃: ⁊ ꝑ aliis dicẽs. tu es xp̃s fili⁹ dei vi
ui. Mat. xvi. tñ iteꝝ ꝓpter ifirmitateꝫ car
nis reabsorbebant̃ ad fidei modicitatẽ. Et
ꝓp illã carnis assumptã infirmitatẽ. semper
patrẽ meliorẽ filio credebant: Et iõ: vt dicit
glo. nec filiũ ꝑfecte cognouerũt: q: nõ oĩ nã
fili⁹ ẽ eq̃lis patri. Et iõ: q patrẽ filio melio/
reꝫ credit: nec filiũ cognouit eẽ filiũ ꝑ nãm.
Et ideo Philippus rephẽsiõe dignus fuit
q: nõ cognouit. Philippe q videt me per
opa eẽ deũ: videt ⁊ patrẽ: q: ds incõmuni/
cabile est nomẽ: ⁊ nã nulli nisi vni ẜm sub
stãtiã ꝯueniẽs: ⁊ ideo q cognouit diuinitatẽ
in filio: cognouit eã ⁊ in patre: q: pat̃ ⁊ fili⁹
vnũ sunt in nã: ⁊ iõ recta ꝯña: q vidit filiuꝫ
districta cognitione: vidit ⁊ patrẽ. Quo in

altationẽ sint cõmissa: et ↄtinue cõmittunt.
Ergo etc. In oppo. est euangeliuꝫ p̃ns.
Rñdeo dicẽdũ: q̃ hoc qd̃ xp̃s dixit. Si
exaltatus fuero a terra oĩa trahã ad me: est
verissimum bene intellectũ: et est iste intelle
ctus: q̃ ex amore ostenso in cruce ad genus
humanũ: habuit vim attractiuã oĩum men
tiũ. Trahit ergo oĩa ex caritate ad seipsum
Jere. xxxj. In caritate ppetua ideo attraxi te
cõmiserãs. In hoc actu maxĩe appet chari
tas dei ad hoĩes: inq̃tum pro ipsis mori di
gnatus ẽ Ro. v. Cõmẽdat de⁹. s. caritateꝫ
suã in nobis: q̃ cũ adhuc pcc̃ores essemus
xp̃s p nobis mortu⁹ ẽ. et in hoc cõpleuit: q̃
spõsa petit Cãti. j. Trahe me post te: et cur-
rem⁹ in odorẽ vnguẽtoꝝ tuoꝝ. Vñ. Ber-
nar. sup Cãti. Super oĩa amabilẽ te mihi
reddit calix: quẽ bibisti o bone iesu op⁹ nr̃e
redẽptiõis. nihil allicit blãdius. nihil exigit
vtili⁹. nihil affectat vehemẽti⁹. Ad rõ-
nes in oppo. Ad. j. rñdet negãdo ↄñaꝫ.
Et rõ ẽ: q: text⁹ nõ dicit: trahã oẽs. sed oĩa
scꝫ genera hoĩuꝫ. s. gẽtiles: iudeos: seruos et
liberos: mares et feias: vel oĩa. i. oĩa p̃desti
nata: oẽs isti finalit̃ trahent. Ad. ij. rñ-
detur: q̃ assũptũ falsuꝫ ẽ. q: euãgeliũ est in
opp. vbi xp̃s sic ait. Princeps hui⁹ mundi
eijcietur foras. Ad pbõnẽ rñdet: et notat q̃
ptãs demonis in duob⁹ ↄsistit: in ipugnan
do et detinẽdo deuictos. Ex eo aũt q̃ qs ĩ-
pugnatur: nõdũ suus fact⁹ ẽ: sꝫ ex eo: q̃ vict⁹
ẽ: vt pꝫ. ij. Petri. ij. Deuicerat aũt diabol⁹
totũ gen⁹ humanũ in p̃mis parẽtib⁹: et eis
dñabat: dũ eos ad hoc: sm̃ suũ votũ: dedu
xerat: vt nullus paradisi ianuã introiret. Deui
cerat vnũquẽq3 singularit̃: dũ eũ ad pcc̃m
īclinat: q facit pcc̃m seru⁹ ẽ pcc̃i. Ptãteꝫ er-
go diaboli: q̃ volũtas detinet: xp̃s p passio
nẽ suã amouit: q̃tũ ad sufficientiam: q̃tuis
nõ q̃tũ ad efficiẽtiã: nisi in illis: q vim pas
siõis suscipiunt p fidẽ et caritatẽ: et sacr̃a. Et
p hoc dicit dñium diaboli euacuasse: sꝫ po
testatẽ: quã ipugnat nõ ex toto euacuauit: sꝫ
debilitauit: dũ ip̃ꝫ hostẽ vicit: et dũ hoib⁹ au
xilia multa ad resistẽdũ tribuit: sicut sacr̃a
et alia hmõi. Ad. iij. rñdet negãdo assũ
ptũ: q: xp̃s non liberauit a peccatis causali
ter. i. instituens causam nostre liberationis

ex qua possent quecūqȝ peccata q̄ꝫcūqȝ
remitti: vel preterita: vel p̄ntia: vel futura.
Sicut si medicus facit medicinā: ex qua pos-
sint q̄cūqȝ morbosi sanari: et ēt in futurum.

D tertium. q. sic ꝓcedit. Et vr
ꝙ per exaltationem crucis xp̄s
nō meruit exaltationē. Prio sic
Ex hoc: ꝙ humana natura a-
sumpta fuit: exaltata est: et nomen deitatis si
bi debetur sed assumptionem non meruit.
Ergo nec exaltationem. Scđo sic. Nomen
quod est super oē nomen: est nomen in quo
oē genu flectitur. Sed hoc est nomen iesu:
vt dr Phi. ij. Quom ergo hoc nomen nō
meruerit: sed ante conceptionem sibi impo
situm fuerit: videtur ꝙ non meruerit no-
men quod est super omne nomen. Si dicat
ꝙ meruit: q̄ꝫtum ad manifestationē. Cōtra
Ante et hoc manifestum erat. Quī demo-
nes eū ꝓfessi erāt et pueri: et prophete pre
dixerūt. Ergo hoc ipse nō meruit. ¶ Ter-
tio meritū ordinat ad premiū. Sed facere
aliquid ꝓpter estimationem hoīum: perti-
net ad inanē gliam: que in xp̄o nō fuit. Er-
go exaltationē: q̄ꝫtum ad manifestationem
hoīum nō meruit. ¶ In opp. ē illud Luc.
xiiij. Qui se humiliat exaltabit. Item illud
Phi. ij. Factus ē obediēs vsqȝ ad mortē.
sequit ꝓpter qđ et deus exaltauit illum ꝛc.
¶ Rn̄o dicēdū: ꝙ xp̄s per exaltationē cru
cis: que fuit humiliatio: magnā meruit exal
tationē apud hoīes. Pro cuius euidētia
plura notanda: ꝙ aliqua sunt de sub
stantia btitudinis: sicut dotes aīe et corpis.
aliquid aūt qđ est de bene esse ipsius sicut
manifestatio btitudinis ad alios: in quo et
glia ꝯsistit: q: gloria est clara cū laude noti-
tia. Glo. Ro. vij. Sicut et phūs dicit ꝙ de
bene eē ipsius felicitatis est: vt felix et post
mortē viuat in memorijs hoīum. Quia er
go in xp̄o debuit esse cōplentissima btitudo
ideo nō solū in seipso btūs factus est: sed et
ad pfectionē btitudinis sue: et sua btitudo
alijs ostensa fuit. Et sȝ hoc dr̄ suā exaltatio
nē meruisse. Que quidē exaltatio in trib9

ꝯsistit. s. notitia nois: ꝫm qđ dr̄ nomē super
oē nomē accepisse: q: nomē de re notitiam
facit. Itē i reuerētia corporis q̄ꝫtū ad genu
flexionē. Itē in ꝯfessiōe oris. Et hoc est qđ
dicit Apostolus. Et ois lingua ꝯfiteat ꝛc.
¶ Ad rōnes in opp. ¶ Ad primaȝ rn̄det
negando ꝯn̄aȝ. Et rō est: q: q̄ꝫuis fuerit ex-
altatus ab initio sue conceptionis: nō tamē
sua exaltatio fuit tunc manifesta. sȝ post re-
surrectionē: q: ante non est sic nota diuini-
tas. Et res in sacra scriptura tunc dr̄ fieri:
qn̄ inotescit. Unde cū dicit Apostolus do
nauit: exponit. i. fecit manifestū mundo. q:
hoc nomē hret. ¶ Ad scđaȝ rn̄det: ꝙ no-
mē qđ est sup oē nomē: eē dr̄ vel q̄ꝫtuȝ ad
id: a quo nomē iponit. Et sic nomen iesus
alias xp̄s: q: vtrūqȝ imponit ex vnione hu
mane nature ad diuinā: q: ꝫm hoc vnitus
dr̄ quod deo est vnitus. Et sȝ hoc et a pec
catis saluos pōt facere: vel q̄ꝫtum ad id cui
iponit: et sic hoc nomē de9: est supra oē no
mē: q: iponit sibi ꝫm diuinā naturā. Et hec
oia q̄ꝫuis fuerit in eo: ꝫm rei veritatē: a prīci
pio sue ꝯceptiōis: nō tn̄ erāt in notitia ho-
minū. ¶ Ad ꝯfirmationē rn̄det negando
ꝯn̄aȝ. Et rō est: q: ante resurrectionem eēt
manifesta xp̄i exaltatio: nō tn̄ oibus: sȝ pau
cis. et eēt non per certitudinē. sȝ per q̄ꝫdaȝ
ꝯiecturā. sicut demonib9 et aliquibus iude-
is: sed post resurrectionē altitudo toti mun
do notuit per certitudinē fidei. ¶ Ad. iij.
rn̄det negando ꝯn̄am. Et rō ē: q: meritum
non fit ꝓpter premium. nisi ad quod ordia
tur pricipaliter. Hoc aūt illud: qđ ē de sub-
stātia btitudinis. Unde et q̄ꝫuis honor ci-
uilis sit: quo pmiat virtus ciuilis: tn̄ ciues nō
operant ꝓpter illum honorē virtutis opa:
sed ꝓpter bonum ipsius virtutis.

¶ In festo sancti Mathei apostoli ē euā-
gelium. Cum transiret iesus ꝛc. Lu. ix. Cir
ca quod possunt disputari se. q.

¶ Prio: vtrū Matheus euangelista con-
uenienter inter alios euangelistas designa
tur in figura hominis.

¶ Scđo vtrum confessio et sequela Ma-

thei fuit miraculosa.
¶ Tertio: vtrum Matheus fuit immediate
vocatus siue assumptus ad apostolatum.
D primam: q. sic pcedit. Et vr
q dnus Matheus nō conuenien-
ter inter alios euangelistas de-
signatus est in figura hominis.
¶ Primo sic. Matheus non est locutus sa
pientius aut nobilius q̄ ceteri euāgeliste:
q: eodem spū edocti sunt. Ergo non videt
conuenienter q ipse plus designatur figu-
ra rōnalis animalis: q̄ alij. ¶ In opp. est
prophetia Eze. qui designat eum sic. Eze. j.
¶ Rño dōm: q conuenienter beat⁹ Ma
theus describitur in suo euangelio: in figu-
ra hois. Ubi notandum q per facies quat
tuor: quas vidit Ezechiel in animali vno:
designantur quatuor euangeliste: seu quat-
tuor euangelia: ab eis descripta: de domio
nostro iesu xpo. Facies autem designantur
Sm materiam principalem cuiuslibet euan
gelij: q: licet quodlibet euangelium loquat
de omnibus. q. que alia loquuntur: quodli
bet tamen principaliter respicit vnā deter-
minatam materiam. Unde sicut in facie aq
le euangelium Jo. quod describit precipue
eius diuinitatem: in facie bouis euangeliū
Luc. quod describit sacerdotiū: in facie leo
nis euangelium Marci: quod describit re
gnum: ita in facie hois designatur euange
lium Mathei. q: principaliter de xpi hu-
manitate tractat. Designatur et̄ Mathe⁹
p faciem hois: q: hō est aīal rōnale: mansue
tum: ⁊ ciuile. sic Matheus vixit rōnabilit̄
māsuete: ⁊ ciuiliter nō ciuilitate politica. sed
ciuilitate: qua efficiuntur ciues sctōꝝ: ⁊ do
mestici dei: superedificati super fundamētum
apostoloꝝ: ⁊ pphetaꝝ: Sm q̄ dicit Apo-
stolus ad Ephe. ij. ¶ Ad rōem in oppo. re
spondet negando ꝯñam. q: alia rōne desi-
gnatur in figura hois Matheus: q̄ sit il
la. Non enim quia rationabilius: quia om
nes sapientissime locuti sunt: sed ratiōe ma
terie de qua principaliter in euangelio suo
loquitur.

D. ij. q. sic pcedit. Et videt q
eius conuersio non fuerit mira-
culosa. ¶ Primo sic. Ipse Ma-
theus nō vr aliud egisse cum a
xpo fuit vocatus: q̄ alij apli. audiuit vocē
xpi vocātis: ⁊ secutus est. ita fecerunt alij.
Sꝫ alioꝝ ꝯuersiones nō dicunt miraculo-
se. Ergo nec Mathei. ¶ Scdo sic. Si mi
raculosa fuisset: eius conuersio celebraret.
sicut celebratur conuersio sancti Pauli. q:
mirabilis fuit. Sed non celebratur. Ergo
non videt dicenda miraculosa. ¶ In opp.
vr dicere glo. q̄dam q ideo inter miracula
narrat ei⁹ ꝯuersio. q: videbat miraculosa.
¶ Rñdeo dicendū: q ꝯuersio Mathei
fuit mirabilis ex multiplici pte. Primo ex p-
te xpi vocātis: q xps vocauit euꝫ adhuc a
malis non desistentem: q: occupatū in the
lonio vocauit ad grām. Et hoc ideo vt nul
lus desperet. j. Cor. j. Uocat ea: que non
sunt: vt ea que sunt. j. Jo. iiij. In hoc ē cha-
ritas: non q: nos dilexerimus deū. sed quo
niā ipse prior dilexit nos ⁊c. Secūdo. Mi
ra fuit ex parte vocati: quomodo ita subi-
to aduiicum verbū secutus est Christum:
sine viso miraculo aliquo. Et hoc nimiruꝫ
quoniam vt dicit Hiero. fulgor: q̄dā maie-
statis diuinitatis in ipsius xpi facie reluce-
bat: cui⁹ virtute oēs ad ipsuꝫ trahebantur:
sicut ferrū ab adamāte. ps. Dixit ⁊ fcā sūt.
Tertio. Fuit mira ex pte officij. de q̄ voca
tus ē. Nā vocatus ē de thelonio. sicut Pe
trus de piscatiōe. Et Sm Criso. sic piscato
re nihil ē vtili⁹. sic thelonei offō nihil ē de
terius: ⁊ piculosius. q: tale offīm vix aut nū
q̄ sine pcō exerceri pōt. sic dic btūs Gre-
go. ¶ Ad rōes in opp. ¶ Ad pmaꝫ rñdet
q assumptū ē falsum: vt pꝫ ex ca. Jo. x. qñ
ad verbū Jo. bap. dicēns. Ecce agnus dei
Andree: ⁊ Jo. secuti sunt xpꝫ: ⁊ postea An
dreas vocauit Petrum. d. Inuenim⁹ mes
siam. Et sic de aliquibus nullū istoꝝ pcessū
inuocatione Mathei. nisi verbū xpi: seq̄-
re me. ¶ Ad. ij. respondet negādo ꝯñam.
Et rō ē q: nō simile de ꝯuersione Math.

⁊ Paulus: tum primo: quia Matheus non seruiebat ꝯ ecclesiam sicut Paulus. Et ideo ecclia ꝓpter maximam leticiam quam habuit de eius ꝯuersione: celebrat de ea. Tum secundo quia Matheus vocatus est a Christo anteq̃ celos ascenderet. Paulus postea.



Ad tertiá. q. sic ꝓcedit̃. Et videtur q̇ beatus Matheus non fuerit vocatus statim de theloneo ad statú apostolatus ⁊ ꝑfectiõis Dicit. n. Greg. super Osee. Nemo repéte fit súmus. Sed status aplicus ⁊ perfectiõis euágelice est súmus status humane vite. Ergo Matheus nó fuit statim vocatus ad statú ꝑfectiõis ⁊ apostolatus. ¶ In oppo. é Hiero. sup euágeliú pñs: q̇ ait: q̇ de publicano: repéte fit apostolus. Et Beda dicit sup Lucá de publicano in apostolum: de theloneo in euágelistá fit mutatus: ⁊ q̇dam glo. Luc. v. q̇ nullus prorsus cogitatõem vel respectú hmõi vite: sibi reseruauit: qd̃ est ꝑfectiõis euágelice. Ergo statim vocatus é ad statú apostolatus ⁊ ꝑfectiõis. ¶ Rñdeo dicendú iuxta scm̃ Tho. in quolibeto. v. q̇ q̃stio ista q̇dámó ex vbis euágelij determinari põt. Si eni loqmur de apostolatu: manifestú est ſm narrationé Mathei: Marci: ⁊ Luce: q̇ dñs post vocationé Mathei aliquáto spacio tpis interiecto ex suis discipulis. xij. apostolos elegit: inter quos vnus fuit Matheus: ⁊ sic patet q̇ statim a ṗncipio fuit vocatus ad discipulatú xpi. nó aút ad apostolatú: nisi ſm ṗordinatiõem xpi: q eum in apostolú sumédú disposuerat: ⁊ ſm hoc intelligéda sunt verba Hiero. ⁊ Bede. Si át loqmur de ꝑfectiõe euágelica: sic manifestú é q̇ statim a principio vocatus est ad statú perfectiõis. Dr̃ eni Lu. v. q̇ surgés relictis oibus secutus é eú. Qd̃ ét ad discipulatú xpi pri net: ſm illud Luc. xiiij. Nisi qs renúciauerit oibus q̃ possidet: nó põt meus eé discipulus. ¶ Ad argumétú in opp. rñdet̃: q̇ summú in vita humana põt accipi dupliciter. Uno mó ſm cõpatiõem ad statú: ſz qd̃ i humana vita vnus status é maior alio: ⁊ aliqs é summus. Et sic nihil ꝓhibet aliqué fieri repéte summú. i. attigere ad statú summú. Et hoc apparet tá in vita spũali q̃ in seculari Inueniunt̃ eni aliq a pueritia ad statú religiõis: q est status ꝑfectiõis auolasse: vel ꝓprio arbitrio: sicut Jo. bap. ⁊ beatus Bñdictus: vel ét deuotiõe parétú: sicut alij q mo nasterijs tradũt̃ a parétibus. Sic. n. nó opz q̇ aliqs exerceat̃ in seculari vita: anteq̃ ad religioné tráseat. sicut nó opz: aliqs exerceatur in laicali vita: anteq̃ clicus fiat. Similiter ét aliq repéte assumũtur ad regnú: vel ab ipsa pueritia: sicut Salomon: ⁊ Josias: reges iuda: vel ét ex vltimo statu sic Saul. ⁊ ecce. vi: q̇ de carcere cathenisq̃ iterdum qs ad regnú egredit̃. Alio mó põt dici summú: ſm cõparationé graduum: qbus ꝑficit̃ ꝑfectio vnius hois ⁊ sic itelligit Greg. q̇ nemo repéte fit summus. Dicit eni Aug. sup canonica. Jo. q̇ caritas nó mox vt nascitur ꝑfecta é. Nã vt ꝑficiat̃ nascit̃: cú fuerit nata: nutritur. cum fuerit nutrita: roboratur: cum fuerit roborata perficitur.

¶ In festo sancti Michaelis est euágeliú. In illo tpe acceperunt discipuli ⁊c̃. Mat. xviij. Circa qd̃ pñt disputari se. q.

¶ Primo: vtrú angeli sint a deo custodie hoium deputati. ¶ Scdo: vtrum angeli p executioné misterij a ꝯtéplatiõe diuina retardét̃. ¶ Tertio: vtrum angeli ad custodiá hominú deputati q̃nq̃ relinquát hoies: quibus ad custodiam deputantur.

Ad primá. q. sic ꝓcedit̃. Et videtur q̇ angeli nó sunt deputati custodie hoium. ¶ Primo sic. Deus é custos hoium Job. vj. sufficientissimus p seipm: ergo nullú aliú ad custodiá hoium deputauit. ¶ Scdo sic. Custodia ⁊ ꝯseruatio hoium é p grãm. Sed grãm deus aie imediate ifundit ⁊ nó p ágelos. Ergo ⁊c̃. ¶ Tertio. Custos ponit̃ alicui: aut ꝓp ibecillitaté: vt iuuet̃: ⁊ defendat̃: aut ꝓp ignorátiá: vt istruat̃: ſz hó põt p se cognoscé ea: q̃ sũt sibi faciéda p legé nãlé: cordi ip̃ressam: ⁊ põt ét exeq p arbitrij libertaté. Ergo

videtur q custodia angelica non indigeat.
¶ Quarto. Custodis est retrahere custo-
ditū ab his: q sunt sibi nociua. Sed angeli
nō retrahūt hoies a peccatis: cū multotiēs
in pctā pcipitari videamus. Ergo vr: q an
geli hoīum custodes nō sint. ¶ In oppo.
est euangelium pñs: in quo dr: q angeli eo
rum. s. custodes: q: aliter non sunt hoīum.
Scdo est illud Ps. Angelis suis deus man
dauit de te tc. ¶ Rñdeo dōm: q angeli
deputati sunt ex diuina puidentia ad custo
diā hoīum. Pz pma pclusio. q: deus pni-
or est ad miserendū: q ad puniēdū. Sz de
us hoibus dedit demones ad exercitiuz vt
habetur ad Ephe. vlt. Nō est nobis collu-
ctatio tc. Ergo vr: q multo fortius dedit an-
gelos ad custodiēdū. Scdo sic sm Leonē
in li. de pse. Deus puidentiā suā quā de oi
bus rebus h: mediātibus qbusdam causis
exequit. Quātus aūt deus oium puidenti
am habeat: spāli tñ modo substātie rōales
sue puidētie subdunt: inquātū altiori modo
pre ceteris finē diuie bonitatis: nate sūt cō
seq: τ per aliud pncipiū qḋ ē volūtas. Q:
ergo iter deū τ hoies media est natura an
gelica: τ sm legem sapie sue: hoc est ordina
tum: vt inferioribus p superiora prouideat.
ideo ipsi angeli exequunt diuinam puidē
tia. n circa salutem hoīum: adiuuādo ad tē-
dendū in finem: τ liberandū ab his: que p
cessum in finē impediūt. Et hec executio di
uine puidentie per angelos de hoibus vo
catur custodia angeloꝝ. ¶ Ad rōnes in
oppo. ¶ Ad pmā rñdet negādo pñam.
Et rō est: q: deus est custos pmus τ prin
cipalis: apud quem summa puidentia resi
det. Nec est ppter ipsius insufficientiam:
q suam puidentiam de hoibus per ange
los exequitur. sed tū ppter ordinem sue sa
pientie. tum q: cōgruit angelis vt. s. eis hec
dignitas non negeť: q sint duces hoīuz re
ductionis. τ in hoc deum quoddāmō imi-
tentur: aliquantū cooperanť deo: in reducti
one hoīum in finem. Item q: congruu hoi
bus qui sunt in statu impfectionis: q puer-
ritie Apostolus cōparat. j. Cor. xiij. Unde
eius custodes tanq pueris designant do-
nec veniēte qḋ perfectū est: euacueť qḋ ex
parte est. ¶ Ad scḋam rñdetur negando
pñam. Et rō est. q: pseruatio q fit a deo: sic
a pncipali agēte: est infundēdo gr̄az. Sz cu
stodia angeloꝝ nō est p infusionē grē: sz co
rū ē pparare hoies ad susceptionem grē: p
illuminatiōes: τ alia hmōi pñnētia ad eoꝝ
custodiam. ¶ Ad tertiam rñdetur negādo
pñam. Et ratio ē: q: lumen naturalis cogni
tionis in hoie est impfectum: τ precipue ad
dirigendū in illa: que naturā excedūt. Po
testas ēt li. ar. eius potest ad malū inclinare
multis occasionibus. Et ideo puidet deus
hoibus angelorū presidium. ¶ Ad qrtam
rñdeť negando pñaz. Et rō ē: q: sicut proui
dentie diuine est sic ipedire mala: vt tñ sal-
uetur nature pdicio. ita ēt τ angeloꝝ custo
dia. Et ideo ad angelos nō ptinet: q hoies
custodiēdo ad virtutē cogāt: τ a vicijs re-
trahāt. q: sic periret li. ar. τ rō meriti.

S scḋaz. q. sic pcediť. Et vr: q
angeli p executionez ministerij
circa hoīum custodiā a ptēpla-
tione retardenť ¶ Primo sic.
Angelus in ministerio existēs dixit Tho-
bie. xij. Tps est: q reuertar ad euz: qui me
misit. Sed nō reuertiť: nisi per ptēplatiōez.
Ergo vr: q per ministeriū a contēplatione
dei abcesserat. ¶ Scdo sic. Una potentia
finita nō pōt simul in plures opatiōes esse.
Sed potētia angeli est finita. Ergo videtur
q nō possit simul ptemplari τ ministrare.
¶ Tertio sic. Intellectus creatus non pōt
simul plura intelligere. Sed qñ ministrant
angeli intellectu psiderant ea que agūt. Er
go vr: q tunc diuina simul ptemplari non
possunt. ¶ In oppo. est euangelium pñs i
quo dr: q angeli eoꝝ semp vident faciem
patris. Ergo per ministerium a contēpla-
tione τ visione faciei dei non retardantur.
¶ Rñō dōm: q angeli per executionem
ministerij a contemplatione non retardan
tur. Ista conclusio pz primo per illud Gre

goꝝ qui ait. Sic ad exteriora prodeunt: q̄
ab intimis nunq̄ꝫ recedunt. Item secundo
sic. Beatitudo angelorum non minuitur ex
eorum ministerio. Sed eorum beatitudo to
ta est in contemplatione diuinitatis. Ergo
in nullo per ministerium eoꝝ contempla
tio retardatur. ¶ Ad rationes in opposi-
tum. ¶ Ad p̄mā r̄ndet negando ꝯ̄n̄am. Et
rō est: q: angelus dr̄ discedere a deo: non p
intermissionē ꝯtemplationis aut per locū.
q: intra deū currunt quocunq̄ꝫ mittant: vt
dicit Beda eo q̄ deus vbiq̄ꝫ est. Sed per
hoc q̄ ab inuisibilitate recedens: visibilis
apparet: sicut filius exiuit a patre: et venit in mū
dū: visibilis hoībus factus. Jo. xvj. et similiter
dicunt reuerti ad deū: q̄n deposita visibili
spē in pristinam inuisibilitatē deo similē re
uertunt. ¶ Ad scd̄am r̄ndet negādo ꝯ̄n̄aꝫ.
Et rō est. q: cōteplatio angeloꝝ magis se
hꝫ per modū receptionis: q̄ꝫ actionis. Et si
cut luna simul recipit lumen a sole: et illumi
nat iferiora corpora. ita et angeli simul illu-
minant in diuina cōtēplatiōe: et illuminant
inferiores: vel ministrant circa eos. ¶ Ad
tertiā r̄ndet: q̄ assumptū est verū: q̄n intel
lectus ea que cognoscit: diuersis rōnibus co-
gnoscit. Tūc eni non pōt simul plura consi-
derare: q: nō pōt intellectus effigiari diuer
sis figuris. Sꝫ ea que cognoscuntur vna rō
ne: vel quoꝝ vnum est rō alterius: nihil p̄-
hibet simul intelligi.

D tertiā. q. sic p̄cedit. Et vr̄ q̄
a angelus q̄n̄q̄ꝫ derelinquat ho-
minē: cui deputatus est custos.
¶ Primo sic. Habet Jere. li.
Curauimus babylonē: et non est curata: de
relinquamus ergo eā. Sed hoc dr̄ ex per-
sona angeloꝝ: vt dicit glo. Ergo vr̄: q̄ an-
gelus derelinquat: q̄n a pcō nō corrigitur.
Itē Jsa. v. dr̄. Auferā sepem eius: et erit in
directionem. Glo. j. custodiam angelorum.
¶ Scd̄o sic. Angeli sunt q̄n̄q̄ꝫ in celo empi
reo. Sed cum sint ibi: non sunt circa nos: sꝫ
Damasum. Ergo vr̄: q̄ alibi sint q̄n nos re
linquunt. ¶ Tertio sic. Sapiens medicus
infirmū desperatū relinquit. Sed angeli cu

stodes p̄nt scire aliquē esse presciū p reue-
latioē: et videre aliquē in peccatis obstina
tum talis est quasi infirmus desperatus. Er-
go vr̄: q̄ angelus est: qui quasi medicus spi-
ritualis: talē relinquat. ¶ In opp. arguitur
sic. De nemine est desperandū: q̄ꝫdiu est in
statu vie: Sed infirmus non relinquitur a
medico. nisi p̄pter desperationē. Ergo vr̄:
q̄ angelus nō relinquat quēcūq̄ꝫ peccato-
rem. ¶ R̄n̄o dōm: q̄ angelus in custodiā
hoīs deputatus. nunq̄ꝫ quādiu viuit: in to-
to eum dereliquit. Pro cuius ꝯclusionis i-
tellectu est notandū: q̄ cū custodia angeloꝝ
sit quedā executio diuine p̄uidētie: opꝫ. idē
esse iudiciū de vtroq̄ꝫ. Diuina aūt p̄uiden
tia non relinquit hoiem ex toto: q: oino in
nihilū redigeret. sed verum est: q̄ magis et
minus p̄uidet diuersis: sm̄ eoꝝ ꝯditioneꝫ.
Et ideo oculi dn̄i super iustos dicunt: et au
res eius in preces eoꝝ: q̄bus a deo perfe-
cte p̄uidetur: vt oia eis cooperent in bonū
vt dr̄. Ro. viij. Sed malos sm̄ aliquid de
relinquit: inq̄ntum pmittit eos subiacere
tribulatiōibus. et qd̄ grauius ē ēt in peccaꝫ
mori. Unde dr̄ ad Ro. j. Propterea tradi
dit illos deus in reprobū sensum et c̄. Simi
liter ēt angeli dicunt aliquos derelinquere
sm̄ quid: inq̄ꝫtū exponūt tribulatoibus: vel
ēt iusto dei iudicio ab aliquo pcō nō retra-
hūt: nūq̄ꝫ tn̄ ita derelinquūt: qn sit aliq̄s ef
fectus custodie: inq̄ꝫtū aliqd̄ malū p̄hibet:
et aliqd̄ bonū p̄moueret. ¶ Ad rōes in op
po.. ¶ Ad p̄maꝫ r̄ndet: q̄ illud intelligit
mos angeloꝝ discedentiū ab hoie pcōre in
hora mortis. Uel dōm q̄ derelinquunt sꝫ
qd: vt dictū ē: sicut ēt de9. ¶ Ad scd̄aꝫ r̄nde
tur negādo ꝯ̄n̄aꝫ. Et rō ē. q: lꝫ angelus p̄n̄o
nō sit ex actiōe: tn̄ relīqt in hoie forme impsͥ
sionē: et dispositionē bonā in hoie: sicut ap
paret in motibus volūtibus. Et ita q̄ꝫuis nō sp
sit p̄ns: pōt custodire inq̄ꝫtū effectus eius: ma
net post actionē suā: vt pꝫ q̄n aliq̄s deuote
orat ad plures dies manet i deuotōe ¶ Ad
tertiā r̄ndet negādo ꝯ̄n̄am. Et rō ē: tn̄ quia
nullus in statu vie a deo est obstinatus: qn
possit p pniaꝫ ꝯuerti. Uñ nō ē de eo despe

radiú. Tú scdo. q: ꝛ si angelus sciret eú pfcitú: posset tñ multa mala in eo ipedere. sicut de Antixpo dr. q ét hébit ágelicú custodé. ¶ In festo bti Hieronymi é euágeliú. Nemo accendit ꝛc. Luc. xj. Circa qd possunt disputari se. q.

¶ Primo: vtꝝ lucerna icésa Hiero. i. doctrina meruerit sup cádelabꝛú ecclie poni.

¶ Scdo: vtꝝ Hieronymꝰ fuerit cardialis

D pmá: vtꝝ lucerna icésa Hiero. i. doctrina meruerit sup candelabꝛú ecclie poni. Et vr ꝙ nó q: eiꝰ doctrina in aliqbꝰ nó fuit bona nec tenet. Ergo ꝛc. Assumptú pꝫ i mã bigamie: de q̃ in. c. Acutiꝰ di. xxvj. Ité in materia legaliú: de qua ad Gala. ij. ꝛ. v.

¶ In opp. é euágeliú pñs: vbi dic ꝙ néo accédit lucerná ꝛc. ¶ Rño dóm: ꝙ doctrina bti Hiero. pmerito é sup cádelabꝛú posita. i. accepta: laudata: ꝛ p ecclíam vniuersalé approbata: in. c. Sácta ro. ecclia di. xxv. Huius aút approbatiōis cá fuit multiplex. Primo q: eiꝰ doctria fuit sana ꝛ pulchra. Ün Hiero. interptat visio pulchritudinis Eius eni doctrina nil ꝯtinet: nisi pulchrú: ꝛ ab oi macula falsitatꝫ erroris alienú. Unde Aug. de eo. Hiero. psbyter greco latino ꝛ hebꝛeo elogo eruditus: in locis sctis: ac in lris: vsqꝫ ad decrepitá vixit etaté: cuiꝰ nobilitas elogij ab oriéte i occidété istar solis lápas resplédunt. Ité scdo: q: icésa fuit ardore caritatis ad vtilitaté ecclie. Ün Prosp in cronicis de eo sic ait Hiero. psbyter in Bethleé toto iá múdo darꝰ bitabat. egregio igemo: ꝛ studio vniuerse ecclie seruiens. Tertio: q: eiꝰ iterptatio melioꝛ est habita. Ün Isido. sic ait Hiero. triú linguaꝝ extitit expiꝰ: cuiꝰ iterptatio ceteris añfert. qm ꝛ vboꝝ tenatioꝛ é: ꝛ pspicuitate scie clarioꝛ atqꝫ vtpote a xpiano iterpꝛetatoꝛe verioꝛ. Quarto q: eiꝰ doctria é plena oi religióe: ꝛ scitate. Ün Seuerꝰ ita dic Hiero. pter fidei meritú: dotéqꝫ ꝟtutú: nó solú latinis atqꝫ grecis: sꝫ ét hebꝛeis lris istructꝰ est: vt se i oi scia nemo ei audeat compare. Quito q: erat armatura fortis ꝯ hereticos. Ün Seuerꝰ de eo dic. Hiero. erat iusta: iugis: aduersus malos pugna: ppetuúqꝫ certamen. Oderát eú heretici. q: eos ipugnare nó desinit. ¶ Ad róem in oppo. rñdet negando ꝯñam. Et ró é. q: varietas opinionis inter doctores in his q̃ ad fidé nó pertinent: nó obuiat qn eiꝰ doctrina in his: q̃ fidei ꝛ moꝝ sút: sup ecclie cádelabꝛú ponantur.

D scdaꝫ. q. sic pcedit. Et vr ꝙ btús Hiero. nó fuerit cardinalis. q: dic Hugitio ꝛ multi alij: ꝙ Hiero. nó fuerit cardinalis.

¶ In opp. arguit ex multis. ¶ Prio ex historia sua: q̃ cátat p vniuersam ecclíaꝫ: ꝛ acceptat ꝛ recipit ab oibꝰ ecclíjs: in qua sic habet. Quom ánoꝝ esset. xxxix. Ro. eccl. cardinalis psbyter é oꝛdiatus. Nó é át dubiú: qn historia ista pferéda sit auctari dicti Hug. ¶ Scdo idé arguit ex cronicis: vbi legit: ꝙ fuerit oꝛdiatus in cardialé a Liberio papa sub titulo scé Anastasie. Ités Jo. an. in Hieronymiana: i sa pte. c. ij. ¶ Tertio: colligit ex picturis. Cóiter. n. p oésꝫ xpianá regioné depingit Hiero. cú capello cardialarꝰ. ¶ Quarto arguit ex. c. ecclia. xv. q. j. vbi ait Hiero. Ecclia senatú hꝫ. Ubi dicit Archidia. Hoc qdá itelligút ecclia ro. q̃ vr hre senatú. i. collegiú cardialiú qd dicit hre auctez senatoꝝ. ar. xcix. di. Cóstátinus. Et hác sñiaꝫ tenet Innocéñꝰ ex de re iudi. Quú át ꝟbú illd fuerit bti Hiero. ꝛ dicat ita: nos senatú hémꝰ: vr claꝝ: ꝙ ꝯnúeret se in núero cardialiú. ¶ Quito. Hoc vr hri clarissimú cú ab oibꝰ videat: ꝛ ꝯfiteat oꝛdinatꝰ psbr ecclie ro. Pꝛesbri át eccl. ro. sút psbri cardiales: vt vr colligi ex. c. Constátinus. Ubi ait. Impatoꝛ reuerédissimis clericis scé ro. ecc. suiétibus: illd culmé singlis ponere: ꝛ pre excellentissimis habere seimus ꝛc. Ubi clarissime patet: nomine reuerédissimoꝛum intellexisse dominos cardinales: quod nomen non conuenit nisi viris cóstitutis in dignitate: vt pꝫ in. c. In nomine dñi. di. xxiij. Ité in. c. Nullá. ij. q. iij. sup gl. de clicis ro. ecc. Idem videtur colligi: non rñdemꝰ varijs quoꝝdá argumétis: q non

ob aliud Hiero. cardinalem negasse vidē-
tur: nisi q: in eoꝝ codicibus non legerunt.
a.ít q: stulti sunt. vt q Uirgilius: aut Tulli⁹
non dixit: aut proprio sensu visum non fue-
rit: nullius auctoritatis esse putent.
¶ In festo beati Francisci est euangeliū.
Confiteor ꝛc. Mat. xj. Circa quod possūt
disputari sequentes questiones.
¶ Primo: vtrum conueniens fuerit secre
ta fidei non reuelari sapientibus ꝛ pruden
tibus: ꝛ reuelari paruulis.
¶ Scdo: vtrū btūs Frāciscus fuit de nūero
puuloꝝ: qbus reuelata sunt secreta celestia.



Ad primā. q. sic ꝓceditur. Et vi
detur: q non fuit ꝯueniens se
creta fidei non reuelari sapi
entib⁹ ꝛ prudētibus ꝛ reue
lari paruulis. ¶ Primo sic.
Illis sunt reuelāda secreta fidei: in quibus
magis fructificare possunt. sicut semē meli
us seminatur in terra culta: ꝛ bene ꝓparata.
Sed magis hoc fit: Quom sapientibus ꝛ
prudētibus secreta reuelantur: q̄z cū paruu-
lis reuelantur. Scribitur eni Prouer. j. Audi-
ens sapiens sapientior erit. Ergo secreta cō
uenientius reuelantur sapientibus: q̄z paruu
lis simplicibus. ¶ Scdo sic. Si ministeria
fidei absconduntur a sapientibus: non veniūt
sapientes culpādi: si ea non credunt. Fides
enim ex auditu est: ad Ro. x. ¶ Tertio sic:
Quid est q̄d grās reddit: q hec a sapienti
bus fuit absconsa: q: videtur gaudere de ce-
citate illoꝝ: ꝛ queritur cā dānationis hoium.
¶ In opp. ē euāgelium. ¶ Rn̄deo. Hic
videndū est: qui sint isti sapientes: qbus ab
sconsa sunt ministeria xp̄i: ꝛ q paruuli: qui
bus reuelata sunt. Primo eni sapientes: q
bus absconsa fuerunt misteria xp̄i: sūt phi-
losophi: ꝓpter supbie tumiditatē in sapien
tia humana confidentibus: ꝛ isti fuerūt sa-
piētes in oculis suis. De quib⁹ Aug. dicit
q illi precipui gentiū phi: qui per illa que
facta sunt: cognoscere potuerunt. tn̄ q: sine
xp̄o phi facti sunt: eo q nec eū venturū ꝓ
phetis: nec venisse aplis crediderūt tumi-
di: eoꝝ suꝑbia obscuratū est insipiens cor
eoꝝ: dicentes eni se esse sapientes. stulti fa
cti sunt. Paruuli quibus reuelata miste
ria dei fuerunt abiecti piscatores: qui facti
sunt doctores orbis: ꝛ lux. Unde Apostol⁹
Despecta nāq; elegit: vt fortia queq; ꝯfū
dat. Unde Aug. exponit: puulis. i. humili
bus: non de se presumentibus. Scdo absco
sa sunt fidei misteria sapientibus pharise
is: ꝓpter fidei incredulitatē. q: nec ipsi vo
luerunt credere in xp̄m nec alios credere p
miserūt. Unde eis dictū est. Luc. xj. Ue vo
bis phariseis: ꝛ legisperitis: qui tulistis cla
uē scie: scripturas loquētes de xp̄o: falsis in
terpretationibus corrūpentes. ipsi nō introi
tis credendo in xp̄m: ꝛ eos qui intelligerēt
prohibuistis. Paruuli vō quibus reuela
ta secreta fidei: sunt hoies simplices: parua
de se sentiētes. Unde dn̄s. Nisi ꝯuersi fue
ritis: ꝛ efficiamini sicut paruulus iste: nō in
trabitis in regnū celoꝝ Mat. xviij. Ter-
tio absconsa sunt misteria fidei sapiēntibus
sapientia mūdana: ꝛ prudētibus prudentia
carnis: ꝓpter eorū vanitatē: q: q̄uis mul
ti eoꝝ videant multa scire de deo: ꝛ mori-
bus ꝛ virtutibus hoium. tn̄ q: xp̄m nō cō
stituūt sibi finē: nec eoꝝ sapientiā ordinant
ad dei laudē: talibus vō sapiētia dei occul
tatur: q: in maliuolā aiam non introibit
sapientia: nec habitabit in corpore subdito
peccatis. Paruuli aūt econtra: quibus re-
uelantur celestia sacramēta sunt humiles:
q: vbi hūilitas ibi sapia. Prouer. xj. Ubi
exponit de humilibus: qui in simplicitate q
runt dn̄m. ¶ Ad rōes in opp. ¶ Ad pri
mā rn̄det negādo ꝯn̄az. Et rō ē: q: paruu
li non habentes aliquod impedimentū: erāt
habiles ad receptionē influxus diuine sapi
entie: q̄z sapientes illi de quibus dictuz est.
qui aut ꝓpter tumiditatem animi: aut pro-
pter incredulitatem cordis: aut propter va
nitatē carnalis amoris erant indispositi ad
reuelationē celestis sapientie suscipiendas.
¶ Ad scdaz rn̄det negādo ꝯn̄am. Et rō ē:
q: q non credant: culpa eoꝝ est: qui ponū

obicē grē diuine: p quā volūtas hois preparat ad hoc qḋ eleuet in ea: q̄ sunt sup̄ terrā. ¶ Ad tertiā respōdetur q̄ nō iō xp̄s grās refert patri: q: gaudeat cecitate eoꝝ: ſ; iudicio dei: q ita sapienter ordinauit. Et quom q̄rit cā hui⁹ dubitatōis ⁊ diuersitatꝪ: ostat: q̄ a pte credētiū sunt eoꝝ humilitas: q ad sapientiā dispōit: vt dicit ꝓuer. xj. Ubi humilitas ibi sapia. Ex pte nō credētiū: fuit: eoꝝ superbia: q̄ ē itellect⁹ excecatiua: ſ; ex pte dei: cā fuit sua simplex volūtas. ⁊ hoc ē qḋ sequitur q̄m sic fuit bn̄placitū añ te. Q. d. n. aliq sint electi: ⁊ aliq reprobi: bn̄ pōt assignari cā in generali: ē; ex pte dei: vt ib electꝪ appareret dei mīsericordia. i alijs aūt ei⁹ iusticia. Q: sicut ad gliā; regis terreni ⁊ decorē sui regni nō solū ptinet aula: in q̄ strenui milites honorant: ſ; ēt patibulū in q̄ malefactores puniūtur: sic ad gliam dei nō solū ptinet p̄miatio bonoꝝ: ſ; ēt punitio maloꝝ. In spāli tñ nō pōt assignari r̄ō ex pte dei: q̄re istū eligat: ⁊ istū dimittat: nisi simplex ei⁹ volūtas. Uñ dicit Aug. sup Jo. Quare illū trahat: ⁊ illum dimittat noli iudicare: si nō vis errare.

Ad secūdā. q. q̄ q̄rit: vtꝝ btūs Frāciscus fuit d numero paruloꝝ: qb⁹ reuelata sunt secreta celestia. ¶ Rn̄det: q̄ sic. Nā ipe humilim⁹: ⁊ puulus i oculis suis plus q̄; dici possit: sunt colūbina simplicitate plen⁹: mō a patre celesti plurima secreta reuelata sunt: q̄ sapiētib⁹ hui⁹ seculi sunt abscōsa: i pˢ. reuelata sunt sibi multa futura p donu; ꝓphetie qḋ sepe habuit. ¶ Secūdo. Reuelata sunt sibi secreta cordiū fratrū suoꝝ: ⁊ alioꝝ. ¶ Tertio. Donatū ē sibi miraculose donū linguaꝝ: quo itelligere ext̄neos hoies posset. ⁊ eis predicare ¶ Quarto. reuelata sunt ei multa secreta diuine sapie ⁊ celestis doctrine: q̄; miro feruore ciuitates ⁊ castella circuēs i populis seminauit. ¶ Quinto. Reuelata sunt ei secreta spālissima. s. diue passiōis stigmata nō mō reuelata: ſ; miraculose impressa. Nā semel i visiōe bu⁹ dei ɔtra se seraphin crucifixū asperit: q crucifixiōis sue signa ei euidēter impressit: vt crucifixus videret: ⁊ ipsi mira certe reuelata sūt: ⁊ multa hūili: ⁊ puulo btō Frācisco. ¶ Sexto. In signū ⁊ testimoniū scitatꝪ ei⁹ inumera a do p̄re sī reuelata siue ostēsa miracula: vt d oib⁹ i ei⁹ legēda p;.

¶ In festo beati Luce est euāgeliū. Designauit dn̄s ⁊ c̄. Luc. x. Circa qḋ possunt disputari sequentes. q.

¶ Primo: vtrū post electionē. xij. Apostoloꝝ ɔuenieter electi sunt. lxxij. discipuli iter quos Lucas vn⁹ dr̄ fuisse. ¶ Scdo: vtrū btūs Lucas iter euāgelistas in figura bouis fuerit ɔuenienter designatus:

Ad p̄mā. q. sic ꝓcedit. Et vr̄: q̄ p⁹ electionē apostoloꝝ. xij. nō ɔuenieter alij. s. lxxij. discipuli electi sūt. ¶ Primo sic. Frustra fit p plura: qḋ pōt fieri per pauciora. S; p. xij. apostolos suffīcieter euāgeliū seminādū ⁊ p̄dicādū erat p vniuersū orbē. Uñ Apostolus ad Ro. x. Fides ex auditu: ē: audit⁹ p v̄bū dei: ⁊ stati subdit. Nūquid nō audierūt: Eqdē i oēm terrā exiuit sonꝰ eoꝝ: ⁊ glo. exponit de p̄dicatiōe apostoloꝝ. ¶ Scdo. Officioꝝ siue statuū diuersitas vnitati repugnat. S; fideles xp̄i ad vnitatē vocant: s̄m illud Jo. xv. Ut sint vnū in nobis: sic ⁊ nos sum⁹. Ergo i eccl̄ia nō d; esse ista varietas officioꝝ siue statuū. ¶ Tertio sic. Bonū eccl̄ie in pace ɔsistere vr̄: s̄m illud. i. Cor. vlt. pacē hēte: ⁊ ds pacis erit vobiscū. S; diuersitas ē ipeditiua pacis. Uñ phūs dic. vij. Poli. q̄ modica dr̄ia fac̄ i ciuitate dissidiū: ergo vr̄: q̄ talis dr̄ia aut varietas i eccl̄ia istitui nō debuit. ¶ In opp. ē euāgeliū p̄ns. ¶ Rn̄o dicēdū: q̄ ɔuenientissime xp̄s post. xij. apostolos elegit ad p̄dicatiōis offīm etiā lxxij. discipulos. Et hoc rōe multiplici. Primo rōne. quā; xp̄s in lr̄a assignat q̄m messis qdē multa ē: opari paucī. Multitudo eni gētiū ad suscipiēdū v̄ba xp̄i: parata erat p p̄dicationē apostoloꝝ: respectu cui⁹ multitudīnis ɔuertēde: opari. s. apostoli: ⁊ etiā discipuli erāt pauci. Uñ subdit. Rogate dn̄m messis: vt mittat oparios in me-

sem: q̄ nullus sit aptus ad ꝑdicationē: ubi di uini nisi ꝑ grām dei: ⁊ nisi ab eo missus me diate: electi aūt sunt in illo numero: in signū q̄ post xp̄i resurrectionē ⁊ ascēsionē in celū: ꝑdicaturi erāt fidē xp̄i gētib⁹ .lxxij. ligua rū. vn̄ designati sunt in .lxxij. viris: qb⁹ dn̄s dedit spūm ꝓphetādi. Numer. xi. vbi dn̄s dr̄ locutus Moysi auferens a spiritu qui erat in Moyse ⁊ dans .lxx. viris q̄ ꝓphetarunt nec vltra cessauerūt: remāserunt autem duo viri in castris sup quos requieuit spūs dn̄i ⁊ ipsi discripti fuerūt in quo hi exꝑsse designati sunt. Scd̄o q̄ varietas ista officiorū ⁊ statuū ꝑtinet ad ꝑfectionē ipsi⁹ ecclesie. Sicut enī in rerū naturaliū ordine ꝑfectio q̄ in deo simplicit̄ ⁊ vniformit̄ inuenitur in vniuersitate creaturarū inuenire nō potuit nisi deformit̄ ⁊ multiplicit̄: ita etiam plenitudo grē in xp̄o: sicut in capite ordinat̄ ad mēbra ei⁹: diuersimode redūdāt ad hoc: q̄ corpus ecclesie sit ꝑfectū. Et hoc ē q̄ apostol⁹ dicit ad Ephe. iiij. Ipse dedit quosdā q̄dē apostolos: alios vero euāgelistas: alios autē pastores ⁊c̄. ad cōsumationē sctōrū. Tertio. Hmōi varietas ꝑtinet ad necessitatē actionū: q̄ sunt in ecclīa. Opz aūt diuersas opationes diuersos hoīes deputari: ad hoc q̄ diligēti⁹: ⁊ sine ꝯfusiōe oīa pagant̄. Hinc ē q̄ Apostol⁹ dīc ad ro. xij. Sicut in vno corpe multa mēbra habem⁹ oīa aūt mēbra nō eūdē actū hn̄t. ita multi vnū corp⁹ sum⁹ i xp̄o. Quarto. Hoc ꝑtinet ad dignitatē ⁊ pulchritudinē ecclesie: q̄ in quodā ordine consistit. Vn̄ dr̄. iij. Regū. x. q̄ vidēs regina Saba oēm sapiam Salomonis: ⁊ habitacula suorū: ⁊ ordies ministrātiū: nō hēbat vltra spiritū. ℂ Ad rōnes in oppo. ℂ Ad pͥmā pz rn̄sio ex dictꝭ: negādo q̄ soli apl̄i erāt. ꝑ tāta messe sufficiētes: euangeliū dicit q̄ erant pauci: q̄ aūt dicit̄ de apl̄is intelligēdū ē nō exclusis discipulis. ℂ Ad scd̄am rn̄det̄ negando assumptū. Dicim⁹ eniz q̄ diuersitas statuū, ⁊ officiorū nō īpedit ecclesie vnitatē: q̄ ꝑficit̄ ꝑ vnitatē fidei: ⁊ charitatꝭ: ⁊ mutue subministratōis: fz illd̄ Apostoli ad Ephe. iiij. ex quo totū corpus ē cōpactū: s. per fidē ⁊ cōnexū. s. ꝑ charitatē ꝑ oēm iuncturā subministrationis dū. s. vnus fuit alteri. ℂ Ad tertiā rn̄det̄ negando minorē. Et rō ē: q̄ sicut in corpore naturali mēbra diuersa ꝯtinētur i vnitate ꝑ ꝟtutē spūs viuificātis: quo abscidēte: mēbra corpis sepant̄. ita ēt in corpore ecclīe cōseruat̄ vnitas diuersorū membrorū: ꝟtute spūs scti q̄ corpus ecclīe viuificat: vt habet̄ Jo. vj. Vn̄ apostolus dicit ad Ephe. iiij. Solliciti seruare vnitatē spūs in vinculo pacis. Discedit aūt aliqs ab vnitate spūs: dū querit q̄ sibi sunt ꝓpria. Sicut ēt in terrena ciuitate terrena pax tollit̄ ex hoc q̄ ciues singuli que sua sunt querūt: alioqn per officiorū ⁊ statuū declinationē tam mētis q̄z in ciuitate terrena: magis pax ꝯseruatur: inquantū per hoc plures sunt: q̄ cōicāt actibus publicis. Unde ⁊ Apostolus dicit .i. Coryn. xij. dn̄s sic comparauit vt non sit scisma in corpore. sed pro inuicē sollicita sint membra.



D scd̄az. q. sic ꝓcedit̄. Et vr̄ q̄ sanctus Lucas nō ꝯueniēter sit i figura bouis designatus. ℂ Videt̄ q̄ nō: q̄ Lucas ꝑncipaliter versat̄ circa passionē: ⁊ mortem xp̄i: ⁊ ita videt̄ figurari plus deberi ꝑ agnū: q̄z per vitulū: siue bouem: quia agnus ꝓprie figurabat xp̄m immolatum pro nobis. Unde Joan. i. Ecce agnus dei ⁊c̄. Ergo ⁊c̄. ℂ In oppositū est illud Eze. i. Facies bouis a sinistris. ℂ Respondeo dicendum: q̄ sicut alias diximus. Ezechieli prophete in visiōe animalis: quattuor facies habentis: designatum fuit christi euangelium: quadrafacie describendum videlicet a Matheo in facie humana: a Marco in facie leonina: a Luca i facie bouina: a Joanne in facie aquilina. Licet autem Lucas euangelista describit totum cursum euangelij: incipiens a christi miraculosa cōceptione: pertrāsiens per eius natiuitatem. cōuersationē: mortem: ⁊ resurrectionem: terminās euangelium suū in ascensiōe

tū eius pncipalis intētio est circa xpi mortē
⁊ passionē describēdā: ppter qd ipse Lu-
cas designat in facie bouis: q̄ ē aial imolati
cū sm traditionē legis: ppter qd euāgeliū
suū incipit a sacerdotio zacharie: ad qd offi
ciū expectat imolare. Et io materia pncipa
lis libri designat cōuenienter in facie bouis.
Preterea. Mysterio i figura bouis designa
tus ē. Bos eni vngulā findit: qua vtus di
scretiōis exprimit. Et btūs Lucas discretus
fuit p moderationē. Itē bos aial ē imolan
⁊ btūs Lucas crucis mortificationē iu-
giter i suo corpe pro xpi noie portauit: vt dr
in orone eccle. Itē est aial fructuosum. Et
btūs Lucas ē fructuosus per edificationē.
Adeo qppe fuit fructuosus: q ab oib9 cha
rissim9 habebat. Vñ apostol9 ad Cor. iiij.
Salutat vos inqt Lucas medicus charissi
mus. ¶ Ad rōnes i opp. rñdet: q rō nō p-
cedit: q: ad designādū euāgelium sufficiēs
erat figura vituli: cū esset aial imolaticū. tñ
ad designādū xpm imolatū: expssior figura
esse debuit. Vñ nota q lz aialia alia imola-
rent: vt vitulus: bos: capra: ⁊ hmōi. tñ xpo
magis dict9 ē agn9 q̄z cetera aialia imolati
cia q: iter oēs figuras veteris testi: agn9 pa
schalis expssi9 figurabat passionē xpi: q: il
le agn9 erat sine macula ⁊ p ei9 imolationē
filii israel liberati sunt a suitute egyptiaca:
sic p passionē xpi: q peccatū nō fecit: sumus
liberati a suitute dyaboli. Scōa cā ē: q: iu-
ge seruitiū: qd figurabat ppetuitatē btitudi
nis fiebat de agno: sic xps ē nra beatitudo.
¶ In festo vndecim miliū virginū ē euan-
gelium. Simile ē regnū ⁊c. Math. xv. Cir
ca qd possunt disputari seq. q.

Trū prudētib9 vginib9 faciēti-
v bus qd in se fuit necesse fuit vt
deus oleū gr̄e sue vasis cōscien
tiarū suarū infunderet. Et vr q
non. ¶ Prio. Deus dat grām sola liberali
tate ⁊ mīsicordia: q: dat ipsam gratis. Ergo
pōt dare ⁊ non dare. Ergo quāuis vgines
prudētes fecerint qd in se erat: deus potuit
eis nō dare oleū gartie. ¶ Scōo sic. Ne-
cessariū et liberū opponitur. Si ergo d9
ex liberalitate dat grām. ergo nulla necessi-
tate dat alicui grām. ¶ Tertio sic. Et petit
qd est facere: qd in se est. Nā ille qui facit:
qd in se est: facit recte. Sed quicūq3 facit re
cte: ex rectitudine opatur: quā habet. Ergo
si aliquis facit qd in se est: habet rectitudi-
nem. Aut ergo illa rectitudo est acquisita:
aut innata: aut data. Non videtur innata:
q: sic semper esset. Non acquisita. Constat
ergo q est data. ergo donum gratuitum. er
go hec rectitudo est ex gratia. Nullus ergo
potest facere: qd in se est: ad hoc q sit gra-
tus deo: nisi ex gratia. ¶ In oppo. est euā-
gelium presens: vbi dicit: q prudentes vir
gines acceperunt oleum: qd nō potest itelli
gi q ipse habuissent aliquā causalitatem re
spectu olei gratie: q: primā gratiam nec me
reri possumus: sed tantū dispositiuam. s. fa-
ciendo id: qd in se est habilitando se ad ei9
receptionem: sm illud. Psal. Dilata os tu-
um: et implebo ⁊c. ⁊ illud in alio psal. Dile
xisti iusticiam: ⁊ odisti iniqtatē: ppterea vn
xit te deus: deus tuus oleo letície. ¶ Rñ
dicēdū: q prudentib9 virginibus faciētib9
qd in se est: necessarium fuit: non necessita
te coactionis: aut prohibitionis: sed necessita
te immutabilitatis: deum infundere oleum
gratie vasis suis. Ista cōclusio probat mul
tipliciter. Primo sic. Dicit Augu. super il
lud. ij. Thi. ij. Negare seipsum non potest
⁊c. Quoni sit iustus nō potest negare suā
iusticiam. Ergo cum sit bonus: ⁊ misericors
nō potest negare suam misericordiā: ⁊ boni
tatē: q: pronior est ad largiendum: q̄z ad pu
niendū. Si ergo nō pōt iusticiā suā negare
facientib9 malū: multomagis nō pōt negare
suā bonitatē ⁊ misericordiā illis: q requirunt
eam. Sz q facit qd in se est: vt ei9 hēat gra
tiā: reqrit bonitatē eius: ⁊ misericordiā. Er
go de9 nō pōt enim negare: q facit qd in se
est: suā bonitatē ⁊ misericordiā. Dat ergo
ei ⁊ hoc ē infundere grām. Scōo sic Aug.
sup illud ad Ro. v. iustificati ex fide pacem
habeam9 ⁊c. dicit. Deus recipit cōfugiētes

ad se alit in eo eēt iniqtas. Sꝫ ipossibile est
ꝙ i eo sit iniqtas. Ergo ipossibile ē ꝙ non
recipiat fugientes ad se. Sꝫ faciēs qđ in se ē
fugit ad ipm. Ergo necesse est: ꝙ ipm reci-
piat: ꝫ ipm recipe ē ꝑ infusione gr̄e. Ergo
ꝛc. Tertio sic. Apo. iij. dr̄. Si qs aperuerit
mihi: intro ibo: ꝛ cenabo cū illo. hoc ē dele-
ctabor. Itē zacha. i. Conuertimini ad me et
ego ꝯuertar ad vos. Ex his sic arguit̄. Im
possibile ē summā ꝟitatē mentiri: ꝫ necesse
hꝫ veꝝ dicere: ꝛ iplere illud. Sꝫ dicit ꝙ cō-
uertēti ad ipsam: cōuertet se: ꝛ ꝙ aperiēti
itrabit. Quom ergo faciēs qđ i se ē cōuer
titur ad ipsam ꝟitatē ꝑmā: ꝛ et apit ad hoc
ꝙ intret. ergo necesse ē: ꝙ dn̄s cōuertatur
ad illū. Sꝫ hoc nō est nisi ꝑ grām. Ergo vir
ginib⁹ prudētib⁹ faciētib⁹ qđ in se erat ne-
cesse dn̄o infundit oleū gr̄e in vasis suis: vt
possitu itrare ad nuptias btitudinis eterne.
¶ Ad rōnes i oppo. ¶ Ad ꝑmā rn̄detur
negādo cōsequētiā. ꝛ rō ē: q: nō seqt̄. Sola
libertate dat. Ergo se hꝫ ad dādū ꝛ nō dan
dū faciēti qđ in se est: ꝫ bn̄ sequtur: ꝙ sola li-
bertate dat. Ergo nō dat ex meritꝭ vel per
actionē vel ꝓhibitionē: q: hoc ex sola libe-
ralitate excludit coactionē: ꝛ ꝓhibitionē: et
nō imutabilitatē. ¶ Ad secundā rn̄det̄: ꝙ
assumptū est falsum: si necessariū dicat̄ im-
mutabile. Talia eni nō opponitur. Si autē
dicat̄: necessariū coactū: vel ꝓhibitū: sic ve
rū est: ꝙ opponūtur. Prio nō ē necessitas
i deo. ꝛ ꝓpter hoc nō opponit̄ sue liberali-
tati. Immo ex hoc ē: laus sua: ꝙ ipe ē imu
tabilis ꝛ imutabilit̄ libera. ¶ Ad tertiā re
spōdet̄. Quom q̄rit̄ qđ sit facere qđ i se ē
dicim⁹: ꝙ facit hō qđ i se ē: qn̄ ex libtate ar
bitrij hō auertit se a malo: ꝛ ꝯuertit̄ ad bo
nū: recurrēs ad deū: quē scit suū eē princi-
piū: ꝛ quē esse orandū sibi: ꝛ petat ab eo lu
mē cognitiōis fidei ꝛ boni. ¶ Ad rationeꝫ
ipsam rn̄det̄: ꝙ rectitudo illa ē naturalis: ꝛ
ē que semꝑ ꝯdicit peccato. Vn̄ ꝫm illā mo-
net̄ finderisis: q̄ semꝑ murmurat ꝯ peccatū
ꝫ arbitriū nō semꝑ dirigit̄ ꝫm illā: nec sem
per sequtur eam arbitriū. ꝛ iō rō nō ꝓcedit:
ꝛ sic pꝫ: ꝙ homo faciendo quid in se ē: ꝯse
quitur gratiam a deo.

¶ In festo Simonis ꝛ Iude est euāgeliuꝫ:
Hoc est ꝑceptuꝫ ꝛc. Io. xv. Circa qđ pos-
sunt disputari seq. q.

P Rimo: vtrū xp̄o adueniēte
ꝛ ꝑdicāte nō tn̄ faciēte visi-
bilia miracula iudei ei crede
re tenebant̄. Et vr̄ ꝙ non: ꝛ
ꝑ ꝯn̄s excusati erāt. ¶ Pri
mo sic. Quicūqꝫ nō facit h: ad qđ tenetur:
peccat. Sꝫ si hoies nō crederēt xp̄o: mira-
cula nō faciēti: non peccarent. Dicit. n. ipe
i. in eodē euāgelio. Si opa nō fecissem: que
nullus ali⁹ facit: peccatū nō haberēt: ꝛ loqt̄
de pctō infidelitatꝭ ꝫm Aug. Ergo xp̄s si nō
fecisset miracula: hoies credere nō tenebā-
tur. ¶ Scđo sic. Nullus pōt mutare legē:
nisi lator legis: vel eo supior. Sꝫ xp̄s ꝑdica-
bat q̄dā: q̄ videbant̄ ptinere ad veteris le-
gis abolitionē: sicut ꝙ cibi nō coinqnarent
hoiem: ꝛ ꝙ lꝫ in sabbato opari: ergo si non
ꝓbasset se eē legislatorē: nō ei credēdū fuissꝫ
Sed hoc fieri nō potuisset nisi ꝑ miracula
ergo xp̄o nō erat credēdū: nisi miracula fe
cisset. ergo illud nō vr̄ sufficiēs argumentū
ad ꝓbandū: iudeos inexcusabiles esse: qđ
ait: si nō venissem ꝛ locutus nō fuissem: pec
catū nō haberent. ¶ Tertio arguit̄ ex illo:
qđ inquit apostolus Petrus. act. tertio iu-
deis loquēs. Scio ꝙ ꝑ ignorantiā fecistis si
cut ꝛ ꝑncipes vr̄i. Sꝫ ignorātia excusat. er-
go ꝛc. ¶ In oppo. est euangelium presens.
¶ Rn̄o dicēduꝫ: iuxta sanctū Tho. in quo
libeto ſo. ꝛ suꝑ Io. ꝙ xp̄o ꝑdicāti: etiam si
nulla visibilia miracula fecisset: iudei audiē
tes eū: credere tenebātur. ꝛ iō nō credētes
inexcusabiles sunt a peccato infidelitatis.
Ista ꝯclusio ꝓbat̄ sic. Magis obligabant̄
hoies ad credēdū ꝑme ꝟitati: q̄ꝫ ad credē
dū visibilib⁹ signis. Sꝫ lꝫ xp̄s miracula vi-
sibilia nō fecisset tn̄ verus de⁹ existēs: ꝑma
ꝟitas erat. ergo ēt si nō miracula fecisset: ad
huc erat ei credendū. ꝓbat̄ aūt ꝛ declarat̄
ꝯclusio sic. Null⁹ tenet̄ ad h: qđ ē suꝑ vires

